



1636.

1. Beer, Sebastianus : Hypobyposis tutelae et curae.
2. Bohemus, Johannes : De fidejussoribus.
3. Finckelthaus, Sigismundus : De militari testamento.
4. Preibisius, Christophorus : De nuptiis.
5. Patscherus, Samuel : De servitutibus reals.

1637.

1. Heiland, Jacob : De mentis.
2. Kemler, Valentinus : De conceptu mentis.
3. Lindenerus, David : De mandato.
4. Schacherus, Augustinus : Disputatio juridica contractus
empti tenentis.
5. Schacherus, Augustinus : De cessione actionum.

1638.

Lindener, David : De casibus fortuitis in genere.

1639. Lindener, David : De casuum fortuitorum periculo,
ratione domini ac possessionis ut et quatenus pro
servo factus restituere necesse habeat?

1640

1. Finckelthaus, Sigismundus : De constituta pecunia
2. Philippus, Johannes : De concubis.
3. Rivinus, Aureus : De contributionibus.
4. Schreier, Georg Tob. : De jure occidendi
prehensum in adulterio, quatenus patri et
marito competit.

4. Schreier, Georg Tob. : De jure occidendi
prehensum in adulterio filiae et uxoris,
quatenus patri et marito competit. 2 Sumpt.

~~1641~~ 17 M. 1712

5. Wirth, Polycarpus : De generibus novae

1641.

1. Cronbergk, Michael : De advocatis
2. Welsch, Carpus Michael : Disputatio juridica I : De
executione parata, continens ejusdem definitionem, cau-
sam efficientem et materialem.

1642

1. Cronbergk, Michael: De auxiliis aegrotorum
- 1^a Finckelthaus, Sigismundus: De venia aetatis.
2. Heslermann, Tobias: De locatione et conductione
3. Musbachius, Samuel: Disputationum juridicarum
IV. Theorica - practica ad l. civitas 27 ff. de rebus
cred. l. si cert. petatur
4. Prestorius, Christophorus: De remediis juris crediti
tunc adversus debitores contumaces, morosos et
callicantes
5. Schenckendorffer, Georgius Tobias: De iuramento
confirmatorio ad l. h. Sacramenta probentur.
C. si adversus venditionem
6. Wirth, Palzschper: De l. p. Anecdoticus.

1643.

1. Pierling, Caspar: De litis denunciacione

1643

2. N. 4th, Michael: De asaructu

2.

2.

2.

2.

876

54

XXV.

HYPOTYPOSIS
TUTELÆ ET CURÆ,

M

Ex

1636, 1

Jure Cæsareo & Saxonico,

Quam

Auspice & moderante J E H O V A

Permissu Domini Senioris, & reli-
quorum Dd. inclutæ Facultatis Juridicæ in
almâ Academiâ Lipsiensi

Sub

Præsidio & tutela

5 1/2

EPHORI sui fidelissimi

Dn. SEBASTIANI Beer Laufensis Norici
U. J. C.

Private disquisitioni submittit

CHRISTIANUS von Meusbach / &c.

ad diem Martii

A. O. R. c l o I o c x x x v l .



Typis exscripsit GREGORIUS Nisch.





Serenissimi ac Potentissimi
Electoris Saxonici, Ducis Juliae,
Cliviae ac Montium, &c.

supremo ac Generali militaris annonae

PRÆFECTO

Generoso, Nobilissimo ac Praestrenuo V I R O

**Dn. CHRISTOPHORO de Raschau/in Friesnitz/
Strutt/NiederBölnitz/ Burckersdorff & Lischwitz/ Domino
Cognato meo parentis instar filiali obsequio colendo.**

U T E T

Gente menteq; Nobilissimo ac Praestrenuo

**Dn. GEORGIO ALBERTO de Meusbach in
Ottens-Leibz & Lippersdorff/ Domino adgnato & Curatori
meo fidelissimo**

*Hanc positionum centuriam ceu studiorum
Academicorum indicinam observantiae &
amoris ergo*

Do, dico, addico

RESPONDENS.



S. N. D. B.

Παρασκευη.

SI turpe est & ignominiosum Patritio & nobili, jus in quo versatur, ignorare, prout innuit Gajus *in l. 2. §. 43. ff. de v. J.* multò certè turpius fuerit cuivis hominum, suæ conditionis & statûs, in quo constitutus vivit, ignorare qualitatem, hoc est nescire, quid quantumq; cum liber aut servus, paterfam. aut filiusfam. civis aut peregrinus sit, sibi de Jure liceat aut interdicator. Eapropter quoniam ob præmaturum utriusq; parentis nobilissimi dulcissimiq; abitum & obitum, maximam partem sub tutorum & curatorum imperio vivendum mihi hætenus fuit, ex eo statim tempore, quò primitias juris delibare cœpi, in id summo incumbendam studio, ut tutelæ & curæ jura avidius imbiberem, exactiusq; cognoscerem: mecumq; constituerebam firmiter, aliquando si studiorum Academicorum profectûs sint probandi, uti non ita pridem à me exactum est, hanc præ cæteris Juris materiam amplissimam breviter & synopticè ab Ephoro meo comprehensam, & disquisitioni expositam, pro ingenioli viribus defendere. Id ipsum ut benè & competenter hæc vice ab utroq; peragatur, decens & amabile DEO facimus principium, ejus SS tam Majestatem supplices humilimè venerando & orando, ut Spiritûs sui sancti lucernà per legitimos Juris tramites nos ducere, nec ad tesqua fallacia delabi nos propter nominis sui gloriosissimi honorem patiatur, Amen.

THESIS I.

Potestatis verbum, quâ ad personas refertur, etsi latissimè pateat *arg. l. 215. ff. de V. S. ibiq; Gædd.* non tamen ineptè & inscitè ad

A 2

duo



duo tantum revocatur capita, & alia *Dominica*, alia *Administratoriâ* constituitur. Illa quæ Domino familiæ competit, & *Oeconomica* si-
ve *Domestica* quoque rectè appellatur, ratione personarum in tria
diversa ab it nomina. Respectu namq; uxoris, quatenus princeps
familiæ eid. ut maritus imperat, dicitur *maritalis*: ratione verò li-
berorum, *patria*: & quoad servos denique *dominica* in specie ap-
pellatur.

2. Hæc, quam *Gædd. d. loco* appellat *Politicam*, vel competit
magistratibus in suos subditos, vel aliis quoq; personis, à lege vel
magistratu ut *tutela* & *cura*, quas secuti Imperatorem in Institutis,
ita hac vice delineabimus, ut præmissâ cujusvis speciei peculiari
tractatione, postmodum quæ utriq; sint communia, subjiciamus.

3. *Tutela* à tuendo dicta, prout hîc accipimus (nam varias tum
in Jure tum alibi hujus vocis usurpationes congerere, jam consul-
tò præterimus, sicubi id ipsum ubertim *Paulum Montanum de Jur.*
tut. c. 1. Justum Majerum in Colleg. Argentorat. ad tit. de tutel. n. 2.
& Martin. Mager. à Schönberg in tract. Jurid. Histor. Polit. de ad-
vocatiâ armatâ c. 2. n. 99. præstitisse pareat) definitur à Servio Sul-
picio, ætatis suæ Sophista principe, juxta *Cic. de orat. & Philip. 9.*
vis & potestas in capite libero ad tuendum eum, qui per ætatem
seipsum defendere nequit, Jure Civili data & permiffa, §. 1. *J. de*
tutel. l. 1. pr. ff. ad tit.

4. In quâ definitione Genus constituunt ista duo verba: *vis*
ac potestas, non in Jure solùm puta *l. 17. ff. de ll. §. 3. J. de Interd. l. 1.*
ff. de noxal. act. & l. 7. C. de Codicill. sed & alibi apud Classicos Scri-
ptores, nimirum Ciceronem *lib. 3. de Nat. Deor. Cæsarem lib. 6. de*
bell. Gallic. mutuæ declarationis gratiâ multoties conjuncta *Bart.*
in l. 1. ff. de tut. Vincent. Manzini q. 1. princ. n. 10. Donell. 3. Com. Jur.
Civ. c. 1. quæ designant facultatem ipsi tutori inhærentem, pro ar-
bitrio & autoritate quid statuendi faciendivè, quemadmodum
nostro Teutonico idiomate *Macht und Gewalt etwas zuthun u-*
surpare solemus, *Antho. Matthe. in Not. ad d. §. 1. J. de tutel.*

§. Fru-

5. Frustrâ proinde sunt Interpp. Græci, & cum iis *Treutl. vol. 2. D. 8. 0. 1. l. B. Wesenb. in Parat. ff. de tutel. n. 3.* & alii mox nominandi, dum per metathesin literarum *jus & potestas*, aut *justa potestas* substituunt; quandoquidem nec ratio ab *Accursio ad d. §. 1. ejusque defensore Aldobrandi. o ibid. v. vis: ut & Anton. Fabr. in Jurisp. Papin. de tutel. princ. 1.* adducta ullius sit ponderis; nec lectio ullius probati exemplaris iisdem adsistat, uti fusè ad oculum demonstravimus in *vindiciis illustribus Dissertationum Sutholt. 3. ad aph. 5. & 6.* quò hîc & deinceps amore brevitatis, cui litandum duximus, ut plurimum nos remissuri erimus.

6. Differentia desumitur ab *Objecto, Fine, & Causa efficiente. Objectum* continetur istis verbis: *in capite libero*: Nam quamvis hæc ipsa à *Br. in l. in. 5. ff. de tutel. Vinc. Manz. de tut. q. 1. princ. n. 13. & seqq. Donell. 3. Com. 1.* & pluribus aliis ad Subjectum in quo, sive tutorem referantur, nobis tamen etiamnum eorum sententia, qui de pupillo eadem magis intelligi volunt, quod faciunt præter allegatos *ad d. aph. 5. Mercer. 2. opin. 21. Baro & Hottom. ad pr. J. b. t. Duar. ad tit. de tutel. c. 1.* multò videtur probabilior, non tantùm quia, cum ex genere, quod est *potestas*, ut & verbis hujus definitionis finalibus, satis appareat, servum uti aliorum munerum civilium, ita etiam hujus esse incapacem *l. 32. ff. de R. J. l. 7. C. qui tut. vel. cur. dar. ineptè idem differentia loco generi restringendo adjiceretur: sed etiam quia præcis temporibus teste Agellio lib. 5. Noct. Attic. c. 19. & Cicerone lib. 2. de Invent. & lib. 1. Rhet. pupillus propriè caput dicebatur liberum: maximè verò, quoniam juxta hanc interpretationem nostram optimè §. 1. cum §. 2. J. b. t. cohereret, dum præmisso objecto & in quem potestas ista exerceatur, commode subjectum & is, qui vim ac potestatem eam habeat, subicitur, ut taceamus rationes alias, quas in nostris vindiciis d. loco cumulatè adducimus.*

7. Finem tutelæ designant illa: *ad tuendum eum, qui seipsum per etatem defendere nequit*: quibus simul causa impulsiva, tenera videlicet

velicet & imbecillis impuberum ætas innuitur *Obrecht de patroc. pupill. §. 61.* Etenim cum (ut Ulpiani ore loquamur *ex l. 1. ff. de minor.*) eorum, qui perfectæ ætatis non sunt, fragile admodum & infirmum sit consilium, & multis captionibus suppositum, multorumque insidiis expositum, adeoque rerum suarum administrationi non sufficiens, naturali sanè juri conveniens videtur, ut sint qui eosd. defendant & tueantur *§. pen. J. de Attil. tut. l. 14. in fin. ff. de Solut. l. 4. in fin. ff. rem pup. salv. for.*

8. Hinc tutorum nomen ortum est, qui sic appellantur, quasi tutores *l. 1. §. 1. ff. b. t.* id est, defensores *l. 2. pr. ff. qui pet. tut. vel curat. l. 2. in fin. C. quand. mal. tut. off.* Sicut ædituus dicitur, qui ædes tuetur *§. 2. J. de tutel.* ex quâ ratione *Glossator ad Weichbild art. 26. vers. vnd heissen Vormünder.* putat Jure Saxonum dispositum esse, ut agnatus proximus, qui tutelam adgnatorum impuberum gerere tenetur, eam ex hæreditate tolleret, scil. ut hoc eod. vitam, famam & bona pupilli defenderet: Licet hodiè (si quidem ab eo, quod frequentius evenit, denominatio facienda est) convenientius per antiphrasin tollitores, exinde, quòd pupillorum mellorum bona non custodiæ & asservandi, sed diripiendi ac furandi causâ tollant, nuncuparentur teste *Alberic. de Rosat. in Dictionar. verb. tutor. Vincent, Manz. de tut. q. 1. princ. in fin. Obrecht d. loc. §. 16.*

9. Causa denique efficiens exprimitur istis finalibus: *Jure Civili data ac permessa*: quæ verba ob hanc ipsam rationem, quòd causam Efficientem denotent, malè ab hâc definitione refecat *Vulstei. ad §. 1. J. b. t.* quandoquid. secundum *Keckerm. system. Log. lib. 1. sect. poster. c. 2.* Logicorum traditis nequaquam repugnet, in definitionibus accidentium differentias à fine, causâ efficiente, subjecto & objecto desumi.

10. Ideò verò Juri Civili omnis tutela adscribitur, quia quamvis in Θεός, ut videl. qui seipsos tueri nequeunt, habeant tutores, sit ex Jure naturæ *d. supra §. 7. locis*, omnem tutelam à Jure & lege
Civili

Civili deferri videmus. Etenim defertur à lege tutela vel mediata & permissivè, aliquo hominis sive privati, v. c. testatoris, sive publico munere fungentis, utpotè magistratùs factò interveniente, qualiter obveniunt testamentaria & dativa: vel immediatè & citra hominis operã, quemadmodum legitima in specie sic dicta, quæ teste *Ulp. in Fragm. tit. 12. pr.* propriè à lege dari dicitur, sicut quoque legitimos tutores nemo dare, sed lex facere traditur *in l. 5. pr. ff. de legit. tut.*

11. Ut igitur ordine de singulis agamus, meritò testamentariam reliquis præmittimus, nimirum quia etiam hâc in parte provisio hominis tollit provisionem legis *l. 23. vs. sed hac ita l. 89. ff. de R. J. l. ult. C. de pact. convent.* & quamdiu speratur tutela testamentaria, legitima & dativa cessant *l. 11. pr. ff. de test. tut. l. 9. §. 1. ff. de tut. & rat. distrab.* in eaque potissimùm consideramus modum, sive formam, & personas. Forma consistit in duobus, videlicet ut sciamus, 1. ubi. 2. quomodo tutores dandi sint.

12. Dari debent tutores testamento perfecto, vel Codicillis, qui sint testamento confirmati *l. 3. ff. de Confir. tut.* non autem iis, qui fiunt ab intestato, nec etiam testamento imperfecto *l. 1. §. 1. ff. d. tit.* Ita enim dari non admittuntur, nisi à magistratu, sine inquisitione quidem, ut notat *Br. in l. 4. v. cum à patre ff. de test. tut. Vinc. Manz. de tut. q. 1. 2. quest. prin. n. 4. Obrecht de patroc. pup. §. 229.* confirmati fuerint *l. 2. C. de Confir. tut. ibiq. Cygn.* nisi fortè ex vitio præteritionis vel exhæredationis testamentum deficiat: nam tali casu etiam si reliqua testamenti capitula non valeant, sustinetur tamen ipso jure tutoris datio *Nov. 115. c. 4. in fin. Ant. Piagg. de tut. & Cur. q. 17. n. 1.* Nequaquam autem hoc ipsum rectè limitat *Vinc. Manz. d. n. 4. & cum eo Tr. Vol. 2. D. 8. §. 2. l. E.* in casu, quo testamentum à patre inter liberos factum ob defectum alius essentialis est imperfectum, ob rationes quas *in Vind. ad aphor. 9.* suggerimus.

13. Modus cernitur in eo, quod non tantùm purè, verùm etiam

jama

jam ad certum tempus, ex certo tempore, ac sub conditione, vel etiam usque ad certam conditionem testamento (non item à magistratu ob fundamenta ex l. 6. §. 1. ff. de tutel. l. 77. ff. de R. 7. Br. ad d. l. 6. §. 1. & Vinc. Manc. de tut. q. 3, 2. quest. princ. n. 1. in vind. illustr. ad aph. 16. extracta) tutores benè ordinentur l. 8. §. 2. l. 11. ff. de test. tut. §. 3. J. qui test. tut. dar. poss. §. 1. J. de Attil. tut. etiam nullo attento scribendi ordine, cum tutela id jam olim præ cæteris testamenti capitulis scil. legatis & libertatibus habuerit præcipuum, ut tam ante, quàm post hæredis institutionem rectè scriberetur d. §. 3. J. qui test. tut. dar. poss. junct. §. 34. J. de legat.

14. Incertus autem tutor ideò dari non potest l. 20. ff. de test. tut. quia certo judicio debet quis pro tutela suæ posteritati cavere §. 27. J. de leg. & quæ in testamento scripta non intelliguntur, perinde habentur, ac si scripta non essent l. 2. ff. de his quæ pro non script. bab. quod eò usq; procedit, ut etiam si incertus aliquo futuro eventu veniret certificandus, non tamen ritè datus existimetur secundùm Bart. in l. quidam ff. de reb. dub. secus quàm in legato obtinet §. 25. J. de leg.

15. Ita quoque nec rei certæ aut causæ permissum est à testatore tutorem constitui §. 4. J. qui test. tut. dar. l. 12. l. 13. cum l. seq. ff. de test. tut. siquidem non rebus, sed personæ tutor præficiatur dd. ll. licèt in consequentiã, quã personam bona sequuntur, etiam rebus dari intelligatur l. 12 §. 3. junct. l. 30. ff. de adm. & per. tut. Obr. de pat. pupil. 0. 99. Excipimus casum, quo ultra centesimum lapidem vel milliare testator patrimonium habeat difficum. Nam hoc jure utimur, ut si tutor detur rei Africanæ, vel rei Syriaticæ, utilis sit datio l. 15. ff. de test. tut. adde l. 21. §. 2. & §. fin. ff. de excus. tut. quamvis aliter d. l. 15. Giph. Bachov. & Harprecht ad d. §. 4. explicent vid. vind. illustr. ad aph. 16. in fin.

16. Non autem rectè inter exceptiones quidam referunt casum l. 4. ff. de test. tut. quasi tutor quoque, à matre datus, rei potius quàm personæ præficiatur, quia 1. diversissima sunt in rem dari tutorem

torem, & rei dari. In rem enim dari commodè accipimus, & explicamus, quando tutelæ datio se magis fundat in ipsa re sive patrimonio, quàm in personâ, ita ut mater pupillo constituat tutorem non propter jus potestatis in personam, quemadmodû pater *vid. inf. ð. prox. seq.* sed propter jus in res, quas uti diximus, tutor personæ datus per consequentiã administrare tenetur *Vinc. Manz. de tut. q. 2. 2. quest. princ. n. 20. in fin. 2.* Nec istiusmodi tutor sustinetur quasi à matre testamento rei datus, sed quatenus per indicem rerum magistratui ostensus confirmatur *Bl. in l. mulier ff. de Confir. tut. Anton. Piagg. de tut. & Cur. q. 3. n. 29.* adeoque ut dativus alius juxta regularem tutelæ naturam personæ quoque pupilli præficitur, *Vi- de infra ð. 23.*

17. Personæ hîc considerandæ occurrunt tres 1. *Dantis.* 2. *Cui.* & 3. *quæ dari tutores possint.* Is qui testamento tutores constituit, est pater, quippe qui jure patriæ potestatis, cujus tutela est pars & effectus quidam *l. 40. ff. de adm. & per tut. l. fin. C. quand. tut. vel cur. ep. des. à lege 12. tabb.* cujus verba *Ulp. in Fragm. tit. de tutel. §. ex testamento. & Pompon. in l. 120. ff. de V. S.* recitant, jus hoc consecutus est *l. 1. pr. ff. de test. tut. l. 1. pr. ff. de Confir. tut. Ant. Piagg. de tut. & Cur. q. 5. n. 1.* Mater igitur quemadmodum in sua potestate non habet liberos *§. 10. J. de adopt.* ita regulariter filiis tutores dare nequit *l. 69. §. 2. de leg. 2. arg. l. 54. ff. de R. J.* nam & insuper quoque judicio, quo in dignis tutoribus eligendis maxime opus est *l. ult. §. ult. in fin. ff. qui pet. tut* sexus foemineus ita plane destituitur, ut sæpè adversus propria commoda ejusd. consilium labore *l. 4. C. de sponsal. l. 2. §. 2. ff. ad Sect. Vall.*

18. Quod si tamen mater & ipsa tutores liberis præficere gestiat, hæctenus ut modò diximus, id ipsum à legibus eidem permiffum est, si filios simul hæredes instituerit *l. 2. ff. de Confir. tut. d. l. 69. de leg. 2.* adeoque in rem potiùs, quam in personam tutorem dederit *l. 4. ff. de test. tut.* ac insuper datos tutores magistratus confirmaverint *d. l. 2. de Confir. tut.* majores quidem, puta Consul aut Prætor

B in ur-

in urbe, & Proconsul sive Praeses in provinciis, interposito decreto ex inquisitione § 3. & seq. J. de Attil. tut. l. 7. §. 1. ff. de Confir. tut. & l. 1. C. eod. citra satisfactionem §. ult. J. de satisf. rationem vide in l. 13. §. ult. ff. de tut. & Cur. dat. minores autem v.g. municipales exactâ satisfactione rem pupilli salvam fore l. 5. ff. d. t. de confir. tut. §. 5. J. de Attil. tut. l. 30. C. de Epic. audient. l. 1. §. 11. & §. 15. ff. de magistr. conv. nam cur hi non æquè ut majores ex inquisitione tutores dare potuerint, id sine labore elicitur ex l. 3. §. pen. ff. de bonor. possess. juncto Scipione Gentile de Jurisdic. lib. 2. c. 24. in fin.

19. In persona cui tutores dentur, attendenda est ætas & conditio. Quâ ætatem necessarium est, ut is, cui tutor dari debet, adhuc sit impubes, masculus quidem infra annum 14. foemella autem infra 12. quo de inferiùs sub modis finiendi tutelâ latiùs. Conditio requirit duo. 1. ut sit in potestate testatoris constituta, *supr. l. 17.* si ve verè, ut liberi jam nati: sive fictè, ut qui nascituri & in potestate extituri sperantur posthumi l. 1. §. 1. l. 19. §. 2. ff. de testam. tut. §. 4. J. de tut. arg. l. 7. l. 26. ff. de stat. hom. l. 231. ff. de V. S. arg. l. 30. §. 1. ff. de adquir. vel omitt. hered. unde explicari possunt l. ult. ff. de Collat. l. 161. ff. de V. S. & l. 9. in fin. ff. ad L. Falcid.

20. Si igitur posthumis tutores dati sunt, non filii solùm continebuntur, sed etiam filia posthumæ, nepotes item & quasi posthumi §. ult. J. qui test. tut. dar. arg. l. 3. §. 1. & seqq. ff. de injust. rupt. & irrit. fact. test. l. 24. ff. de lib. & posth. l. 6. in fin. pr. ff. de in off. test. l. 1. C. de posth. hered. instit. perinde quemadmodum si liberis testator tutores dederit, etiam nepotibus ex propria liberorum significatione l. 220. ff. de V. S. l. 10. §. 1. ff. de grad. & affin. dedisse censetur d. §. ult. J. qui test. tut. dar.

21. Secus est si filios testator dixerit l. 16. ff. de test. tut. d. §. ult. J. qui test. tut. arg. l. 2. §. 7. ff. de excus. tut. nam cum nepotes filiorum appellatione non nisi per interpretationem veniant l. 201. ff. de V. S. ob causam gravem & urgentem, uti fieri cernimus in l. 59. ff. de rit. rupt. l. 1. junct. l. 14. ff. ad Sect. Maced. Goedd. ad l. 84. n. 2. de V. S. hic autem

autem non tantum nulla urgeat necessitas, quandoquidem avo nepotibus nullum tutorem dante, magistratus vice ejusd. majore forte cum pupilli commodo fungatur, uti infra docebimus: sed tutoribus etiam adsistat tum defunctorum in sublevandis iis, quibus quid imponere, facilitas *l. 67. §. 8. ff. de leg. 2.* tum boni quoque Interpretis officium, quod ad liberandum, quam obligandum eund. propensioem esse jubet *l. 47. ff. de obl. & act.* Idcirco merito verborum proprietati hic insistimus *arg. l. 1. §. 20. de Exerc. act.* & nepotibus appellatione filiorum tutores dari negamus cum *Donell. lib. 4. Com. Jur. Civ. c. 4. ibiq. Hillig. l. K. Obrecht de patroc. pup. §. 253.*

22. Hinc igitur quia tutelae datio in jure patriae potestatis sepotissimum fundat, bene colligimus, etiam filio exhæredato, si emancipatus non sit, tutorem à patre jure constitui *l. 4. l. 10. §. 2. l. 31. ff. de test. tut. & l. 37. §. 3. ff. de Condit. & dem.* Siquidem exhæredatio inter modos solvendae patriae potestatis nusquam relata doceri possit, quicquid etiam conentur *Cujac. ad Nov. 1. part. 1. Circ. fin. & ad l. multi ff. de lib. & posth. Donell. 7. Com. 2.* & quos ibi consentientes adducit *Hilliger. lit. C.*

23. Sed & illud hinc prono, quod dicitur, fluit alveo, quòd emancipato filio à patre minus rectè tutor detur. Quod si tamen & huic pater de facto tutorem scripserit, is propter confirmatum patris judicium & in honorem potestatis, cui non ita pridem erat suppositus à magistratu, citra inquisitionem confirmari debet *l. 3. ff. de Confir. tut.* ubi commodè quærimus: cui tutorum classi accensendus qualitercunq. confirmatus tutor veniat? Etenim licet, uti jam dictum est, non pariter omnis ab omni magistratu confirmetur tutor, adeoq. Categoricè ad id respondere quibusd. insulsum videatur, non tamen dubitamus cum *Alber. de Rosat. ad l. neg. n. 1. C. de Confirm. tut. Tr. v. 2. D. 8. §. 2. l. c. Cujac. 7. Obs. 7. Obrecht de patroc. pup. §. 329. & aliis sub censum honorariorum sive dativorum eund. referre Vid. vind. illustr. ad aph. 12.*

24. Interim verò non diffitemur ita confirmatum tutorem cum testamentario pleraque habere communia, quatenus scilicet tutoribus legitimis omnibus præfertur *l. 1. 2. & 3. ff. de Confir. tut. Nov. 118. c. 5. v. hæc enim Cyn. ad l. 2. C. de Confir. tut. n. 3.* satisfatione non oneratur *d. l. 3. ff. de Confir. tut. l. 4. C. d. tut. vel Cur. dat. & legatum testamento adscriptum excusando amittit l. 32. ff. de excusat.* Hodie cum in omni tutorum genere confirmatio moribus requiratur *Rittersb. ad Nov. part. 8. c. 5. pr.* ita ut nullus tutorum administrare bona pupilli valseat, nec ex administratione teneatur, nisi prius fuerit confirmatus *Bl. in l. cum sit. fin. C. de magistr. conven. Ant. Piagg. de tut. & cur. q. 7. n. 2. Vinc. Manz. de tut. q. 3. 3. quest. princ. n. 1.* etiam Jure Saxonico *Zobel. Differ. Jur. Sax. & Civ. part. 2. diff. 14.* confirmationem tantundem operari vix dixerimus.

25. Alterum requisitum est personæ conditio, ut scil. post mortem testatoris pupillus sit sui juris *pr. J. de his qui sunt sui vel al. jur. & in alterius potestatem non recasurus §. 3. J. de tutel. l. 1. §. fin. ff. de test. tut. l. fin. in pr. C. de Cur. furios* aliàs enim nec miles tutorem rectè dederit *l. 2. ff. de test. tut. l. 40. ff. de admin. & per tut. Duar. de test. tut. c. 2.* quia qui vel est, vel futurus est in alterius potestate, tutore nullo indiget, cum tutela sit remedium subsidiarium, quo defectibus ætatis succurritur *l. 3. ff. de tutel. l. 32. §. 2. ff. de adquir. vel amitt. poss. Nov. 72. cap. ult.* quod illi non tribuitur, qui communi auxilio & mero jure munitus est *l. 16. pr. ff. de minor.*

26. Dari possunt tutores omnes, quicumque alioqui jure ordinario tutores esse possunt *l. 20. §. 1. ff. de test. tut.* imò universi cum quibus est testamenti factio *l. 21. d. tit.* nisi expressè fuerint prohibiti *l. 1. §. 1. & ibi not. ff. de tut. Ant. Piagg. de tut. & Cur. q. 3. in pr.* etiam filiusfam. *l. 37. §. 2. ff. de admin. & per. tut. l. 11. ff. de tut. & rat. distrab.* quia, cum tutela dicatur munus publicum *pr. J. qui test. tut. dar.* non quidem utilitate & fine proprio, sed autoritate & necessitate, quatenus publica autoritate defertur *l. 17. §. 2. ff. de excus. tut. & necessariò suscipitur l. 6. pr. ff. de adm. & per. tut. Gl. ad pr. J.*

pr. J. d. t. de exc. tut. & nos in vind. illustr. ad dissert. 1. apb. 42. talis non admittitur ut filiusfam. sed ut paterfam. quippe pro quo etiam sacris paternis adhuc suppositus in causis publicis habetur l. 9. ff. de his qui sui vel al. jur. l. 6. pr. ff. quod cuiusq. univ. nom. & l. 14. ff. ad Sct. Trebell.

27. Unde bene infertur, ut cunq; Bachov. ad Treutl. d. D. 8. 0. 2. l. F. consequentiæ rationem non videat, patrem ejusdem scientem tutelæ non teneri in solidū, sed tantūm de peculio l. 21. ff. de admin. & per tut. neq; enim scientia & consensus patris multum videtur ad obligandum eundem in solidum facere l. 11. ff. de tutel. & rat. distrab. secus autem esse si vel pro ipso caverit l. 15. §. fin. & ibi Grotbofr. l. p. ff. de excus. tut. aut ita tutelam agnoverit, ut velit teneri ac si ipse gereret l. 7. ff. de tutel. l. 3. §. 5. de mun. & honor. l. 4. §. fin. & l. seq. ff. de excus. tut. Accur. in d. l. 21. Cujac. in tractat. 7. ad African.

28. Minor quoque 25. annis & furiosus §. 2. J. qui test. tut. dar. poss. l. 11. ff. de tut. l. 10. §. 3. ff. de test. tut. hujusq; exemplo prodigus: quoniam hic non minus atque furiosus l. 16. §. 1. ff. qui test. fac. poss. §. 3. v. ideo J. de hered. qual. & differ. ex testamento aliquid potest capere l. 5. §. 1. ff. de adquir. vel omitt. hered. ita tamen ut hi omnes sub tacita conditione dati intelligantur, nec aliter eisd. administratio committatur, quam si ille perfectam ætatem, de qua consule. 0. 57. attigerit tit. J. de fiduc. tut. d. §. 2. l. ult. C. de legit. tut. l. 10. §. 8. ff. de exc. tut. §. 13. J. eod. l. 32. in fin. ff. de test. tut. iste sanam mentem d. §. 2. J. qui test. tut. dar. d. l. 11. ff. de tut. d. l. 10. §. 3. de test. tut. hic mores sanos receperit l. 1. in fin. pr. ff. de Car. furios. arg. l. ult. C. de sent. pass. & interim Curator non tutor alius constituatur d. l. 10. §. 7. & 8. l. 12. pr. ff. de exc. tut. Vinc. Manz. de tut. q. 2. 2. princ. n. 19. & q. 7. princ. n. 13.

29. Quin etiam debitorem juxta cum creditore à patre sciente filiis tutores jure dari existimamus propterea, quòd etsi fraudis aliqua suspicio possit in eos cadere, eam omnem patris voluntas auferat, cum is & sibi amicissimos l. 36. pr. ff. de excus. tut. & tales, quorum fides & diligentia sibi sit probè cognita, eligere censeatur

pr. Inst. de Satisf. tut. ut meritò Nov. 72. c. 1. ad solos dativos & legitimos, & quidem eos, quos non alia ratio gravior, puta pietatis & effectiois in matre, & reliquis in linea materna adscendentibus à pari suspicione liberat, restringatur à Bart. in l. post legatum. §. amittere n. 3. ff. de his que ut indign. Ant. Piagg. de tut. §. Cur. q. 13. n. 14. Vincent. Manzin. de tut. q. 7. princ. n. 7. Cujac. ad Nov. 72. §. Nov. 94. Obrecht. de patroc. pupill. §. 188. & seqq. §. Just. Majer. in Colleg. Argentorat. tit. de tutel. §. 9. n. 16.

30. Postremò jure quoque datur servus tam proprius, quàm alienus §. 1. *J. qui test. tut. dar.* nimirum quia in administranda tutela non conditio & fortuna hominis, sed fides & integritas spectanda est *Vinc. Manz. de tutel. q. 1. 2. quest. princ. n. 12.* Ille sive adscriptà simul libertate, sive omisà ad tutelam vocetur, directò libertatem consequitur, tutorq; efficitur *l. 32. in fin. l. 28. §. 1. ff. de test. tutel. l. pen. C. de necess. serv. hered.* quibus quàm planè non obloquantur *l. 10. §. ult. de test. tut. §. l. 9. C. de fideic. libert. in Vindic. illustr. ad aph. 15.* demonstratum dedimus.

31. Ut *Bacchovii ad §. 1. J. qui test. tut. dar. post.* & aliorum inter jus vetus & novum distinguendum opinionem impugnemus; hoc solum addimus: *Bacchovium* præterquam quòd sibi ipsi non constet, modò *sc. add. §. 1.* jus novum in Institutis, modò *ad §. 2. J. qui & à quib. manum. lib.* jus vetus ib. proponi asserendo, etiam hoc improbabiliter defendere, quòd Institutiones, quas certum est ex *proem. in fin. ad Inst. §. l. un. §. 4. C. de emend. Cod.* multos annos ante Codicem, quo jus vetus tradi existimat *d. §. 1.* esse editas, corrigent & emendent jus posteriori tempore conditum & promulgatum. Alios autem, qui idem ex legatorum & fidei commissorum, ex æquatione conantur elicere, malè cum legatis & fidei commissis confundere libertatem, utpote prorsus à legatis separatum testamenti capitulum, uti ad oculum demonstrant *l. 120. ff. de V. S. l. 94. §. ult. de leg. 1. §. l. 39. ff. de manum. test.* ubi legatum à libertatis datione expressè distinguitur *l. 6. §. ult. ff. de hered. inst.* ubi hæres institu-

stitutus à seipso libertatem consequitur, cum tamen nec hodiè hæredi à seipso legari valeat *l. 116. de leg. 1. Turamin. de exeq. legat. & fideic. c. 5. & epist. Acad. 5.* Alienus autem servus non nisi sub conditione, *cum liber erit*, rectè tutor instituitur *l. 10. §. 4 ff. de test. tut.*

32. Hactenus de tutela testamentaria, quâ existente diximus legitimam & dativam cessare *ex d. l. 11. ff. de test. tut.* quod axioma tamen fallit in tutela Electorali, in qua legitimum tutorem testamentario anteferendum esse non malè statuunt *Zach. Friedenreich de tutel. Elector. Palat. Class. 1. arg. 8. Dn. Arum. Discurs. Jur. publ. 19. Zeschlin de tutel. Elect. & alii quos dissentiens adducit Dn. Riemerus Dec. 3. q. 2.*

33. Testamentariam justo ordine subsequitur tutela legitima, quam non malè cum Sutholto nostro *ex Bart. ad Auth. matri & avia. C. quand. mul. tut. off. fung. & Vinc. Manz. de tutel. q. 2. princ. n. 11.* distribuimus in extraordinariam & ordinariam. Cum enim *ex l. 12. tabb. cujus verba extant in Fragm. 12. tabb. de Jur. privat. §. 7.* ad exemplum hæreditatis, tutela proximo semper agnato deferretur *l. 1. pr. l. 3. ff. de legit. tut.* & posterioribus temporibus hæreditate quoque penes mulieres remanente, tutela tamen gestio autore Scævola *l. 73. ff. de R. J. iisdem tanquam munus & officium virile abdicaretur d. l. 1. §. 1. & l. 10. de leg. tut. l. fin. ff. de tut. & l. 1. C. quand. mul. tut. off. fung.* accessit tandem Imper. Justinianus, & sublato Juris agnatici & cognatici discrimine indifferenter omnes ab intestato venientes ad tutelam vocavit; hoc insuper extra ordinem addito, ut mater & avia licèt ab aliis proximioribus anteverterentur, si voluerint (secus quàm alii, qui agnitâ hæreditate simul quoque tutelam suscipere coguntur *l. 3. de legit. tut.*) liberorum tutrices esse possent *Nov. 118. c. 5. & Auth. matri & avia. C. quand. mul. tut. off. fung.*

34. Antequam verò ad eam tutelam utraq; admittatur, tenetur apud acta promittere, se ad secunda vota non esse transituram *Nov. 94. l. fin. C. d. t. de leg. tut. & beneficio Secti Vellejani itidem in*
judicio



judicio (licet alii, quos dissentientes adducunt *Hering. de fidejuss. c. 6. n. 466. & Dn. Unger. Exerc. 15. q. 8.* extra judicium quoq; id fieri posse statuunt) & omni legum auxilio in ipsarum mulierum favorem introducto renunciare *Auth. Matri & avia. & d. l. fin. Ant. Piagg. de tut. & Cur. q. 3. in. 31. Paul. Montan. de jur. tut. c. 15. adde Matth. Wesenb. ad tit. C. ad Sc̄t. Vell. n. 27. Anton. Merent. Controv. Jur. Civ. l. 2. c. 36. n. 2. Bacchov. ad Tr. v. 1. D. 25. d. 4. l. G.* sed etsi testamento tutrices datæ fuerint, idem universum obtinet *Zobel. diff. Jur. Civ. & Saxon. part. 2. diff. 15. n. 3.* quin enim etiam sic tutrices hodiè rectè dentur, non est quod dubitemus cum *Ant. Piagg. de tut. & Cur. q. 18. per tot. Vinc. Manz. de tut. q. 2. 2. quest. princ. in fin. Obrecht de patroc. pupill. d. 127.*

35. Quòd si igitur posthabitâ tali renunciatione aliqua earum secundò nupserit, tum quia magis amore secundi Conjugis quàm filiorum ardere præsumitur, hoc ipso facto tutela debet privari *l. 1. C. de sec. nupt. Auth. Eisd. eod. tit. Vinc. Manz. de tut. q. 5. princ. n. 10. Obrecht. de patroc. pupill. d. 134.*

36. Ordinaria rursus alia est ex Jure veteri sive *l. 12. tabb.* alia ex Jure novo. Illo vocabantur ad tutelam vel explicitè, sive, ut ait *Ulp. in Fragm. de tut. pro palam:* vel implicitè sive per consequentiam *l. 3. pr. ff. de legit. tut.* Explicitè Jus Decemvirale vocat agnatos proximos, qui sunt cognati à patre virilis sexûs per virilem sexum descendentes ejusd. famil. *Ulp. d. tit. s. §. 3. Vinc. Manz. de tut. q. 3. princ. n. 1.* Implicitè & per consequentiam successionis vocantur ad tutelam libertorum patroni, eorumq; liberi *tit. Inst. de legit. patr. tut. &* horum exemplo olim parentes ad tutelam liberorum, quos contractâ fiduciâ emanciparunt *d. l. 3. in fin. ff. de legit. tut.* qui propriè dicuntur fiduciarii *Ulp. d. tit. §. 4.* Nam quòd etiam horum liberi, cum patre fiduciario filii emancipati tutore moriente, fratris, filii, vel etiam patruum tutelam nanciscuntur, fiduciarii appellantur, id fit intuitu parentis, nimirum quia in hujus locum succedendo nomen quoq; ipsius in se transferunt *Sutbolt. Differ. 3. aph. 19, 20, 25. & 26.*

37. Ho-

37. Hodie quoque jure Feudali Communi & Saxonico, si Vasallum relicto impubere filio mori contingit, & nulli agnati, qui vel sanguine vel vigore simultaneæ investituræ tales sint, existunt, Dominus feudi ad quem feudum reversurum est, ad tutelam pupilli vocatur *arg. c. un. de success. feud. 2. Feud. 11. Lehen Recht. c. 26. §. der Herr sol auch.* Quin et si alium, quæ personam jam tutorem habeat Vasalli impubes, adhuc tamē quoad feudum ejusdē dominum tutorem ad annum usque 13. adjectis sex septimanis habere cogitur. *Gl. ad d. c. 26. ib. Bürger soll aber das Kind sehen.* qui non attentā dispositione juris provincialis *lib. 2. art. 58. §. Ob ein Kind.* perinde ut alius quivis tutor de fructibus totius temporis tutelæ iudicio rationem reddere tenetur attestante *Coler. de process. Exec. part. 2. c. 3. n. 300. & seqq. per textum Landrecht. lib. 1. art. 23. pr. & Weichbild. art. 49.*

38. Cur autem illi tutores fiduciarii non æquè atq; patrono mortuo ejusd. liberi succedentes, dicantur legitimi, ratio est, quia emancipatus frater aut filius non perinde in potestatem fratris aut avi recidit, ut jure successionis ad eosd. tutela quoque devolvatur, uti fieri solet patrono mortuo: hic enim quia jure Domini servum possidet, eodemq; jure, absq; manumissione si foret, ad hæredes transmisisset, utiq; servo manumisso in jus quoq; manumissione quæsitum succedunt ejus liberi *Vinc. Manz. de tut. q. 2. 3. quest. princ. n. 3.* At verò similiter frater etiam si emancipatus non sit, in fratris potestatem non recidit, & consequenter secutâ emancipatione jure successionis ad fratrem ejusd. tutela non pertinet *tit. J. de fiduc. tutel. to. quoniam. Donell. 3. Com. 6. ubi rectè contra Vultei. ad d. tit & Hottom. ibid. ut & Cujac. ad Ulp. Fragm. tit. de tut. §. 5. statuit, hanc eandem rationem in avo quoque locum obtinere, uti hoc ipsum probamus in Vindic. illustr. d. Dissert. 3. ad apb. 27.*

39. Jure novo quia quoad successionem & tutelam omne discrimen juris agnatici est sublatum, nulla amplius est fiduciaria, nulla parentum tutela, sed secundum ordinem & gradum, quo hære-

C

ditas



ditas obvenit, promiscuè tam ad agnatos, quàm cognatos post matrem & aviam (quas diximus à nemine anteverti) tutela defer- tur, ita tamen ut si plures sint agnati æqualis gradus proximioris, is semper eligatur, qui magis idoneus à iudice reputatur *Nov. 118. c. 5. Auth. sicut C. de legit. tut.* quâ in parte jus Saxonicum, relicto eo quòd mater & avia omnibus præferatur *Gl. ad art. 11. Landr. lib. 1. n. 4. sub fin. Wensleb. in II. ff. de tutel. n. 5. v. quin moribus, Zanger. tr. de Except. part. 2. c. 8. n. 96.* magis antiquum Jus 12. tabb. probat, agnatos præferendo cognatis, hoc quidem ordine, ut sem- per ad proximiorum, & inter plures proximiores ad Seniores a- gnatum munus tutelæ devolutum velit *Zobel. part. 2. Diff. Jur. Civ. & Sax. diff. 12. Reinh. part. 2. Diff. 12. & in primis Fachs. diff. Jur. Civ. & Sax. 15. per text. Landr. libr. 1. art. 23. ibid. additio. n. 6. & Weich- bild art. 49.* quo posteriori loco videre est, quid si proximior agna- tus adhuc minorennis sit, juris obtineat. Et tantum quoque de le- gitima.

40. Hâc utrâque deficiente, aut quemadmodum supra *th. 13.* diximus, ad tempus saltem cessante locus demùm fit honorariæ, à magistratu, quem honorem in jure vocari solens est *§. 7. Inst. de Jur. nat. gent. & Civ. l. 2. §. 10. ff. de Orig. Jur.* ita dictæ *l. 9. C. qui dar. tut. poss.* (quamvis etiam alio significatu à testatoribus dati tutores honorarii dicantur de quibus infra *th. 45.*) sive dativæ *l. 7. ff. rem pup. salv. for. l. ult. C. de leg. tut.* quod nomen respectu testamentariæ sibi facit proprium *Vult. ad pr. Inst. de Attil. tur. Obrecht de patroc. pupill. th. 19.* quam defert is magistratus, cui jus dandi tutores pecu- liariter à legib. est concessum *l. 6. §. 2. ff. de tutel.*

41. Etenim non jure magistratus cuilibet magistratui tutelæ dationem competiisse, sed ita purè & simpliciter à speciali legis concessione dependisse, ut nec ulli majorum magistratum citra peculiarem legem, Sctum, aut constitutionem tutorem dare li- cuerit, testantur tum Autores & leges, qui id de singulis magistrati- bus tradunt luculentissimè, veluti de Consulibus *Sueton. in Claud.*

e. 32. de Legato Proconsulis l. 1. §. 1. ff. de tut. & cur. dat. de Præ-
tore & Præsidibus pr. J. de Attil. tut. tum quoque ratio hæc viva-
cissima, quòd contra naturam eorum, quæ jure magistratus ve-
niunt, etiam iis per leges tutores dare concessum fuerit, qui ipsi
magistratus non erant. Decuriones namq; magistratus nunquam
fuere l. 6. ff. de mun. & bon. l. 1. C. de magistr. munic. attamen tutores
rectè pupillis dedere l. 19. pr. ff. de tut. & cur. dat. l. 3. ff. qui pet. tut.
etsi quidem non aliter hoc munere defungi potuerint, quàm si à
Præsidibus fuerint admoniti, & id facere jussi §. 4. J. de Attil. tut.
l. 3. ff. de tut. & cur. dat. junct. l. 1. §. 6. ff. de magistr. Conven. perinde
quemadmodum nec legatus proconsulis utut ex D. Marci oratio-
ne jus dandi tutores habuerit l. 1. §. 1. ff. de tut. & cur. dat. priùs,
quàm à Proconsule jurisdictione mandatâ id ipsum exercere vale-
bat l. 13. ff. de offic. procös.

42. Verissimum proinde est Ulpiani ind. l. 6. §. 2. ff. de tutel. ef-
fatum, cum dicit: *Tutoris datio neq; imperii, neq; jurisdictionis est, sed
ei soli competit, cui nominatim hoc dedit lex, vel Sctum, vel Princeps:*
Quamvis si ad aliquam potestatis speciem tutelæ datio antiquitus
referri debet, non in scitè extraordinariæ sive legali jurisdictioni
adscribatur *Vide Vind. illustr. ad aph. 29.* Nostrâ hæc ætate, cum par-
tim moribus receptum, partim scripto jure sancitum reperiatur,
ut quilibet magistratus ordinario jure & vi magistratûs tutores
constituat *vid. ordinat. Polit. Caroli V. Augusta Anno 1548. promulga-
tam & à Rudolpho II. Francofurti anno 1577. confirmatam tit. von der
Pupillen vnd minderjâhrigen Kinder Tutoren vnd Vormünder. §. So
wollen wir.* omninò statuendum est, tutelæ dationem non legis
amplius, sed jurisdictionis & imperii esse *Obrecht de patroc. pupill.
0. 44. Vult. ad §. 5. n. 10. J. de Attil. tut.*

43. Omnis igitur magistratus hodiè potest tutores dare eos
quidem qui jurisdictioni suæ sunt subiecti l. 1. §. ult. l. 3. ff. de tut. &
cur. dat. l. 5. C. qui dar. tut. vel cur. poss. extra territorium enim jus
dicenti impunè non paremus l. ult. ff. de Jurisd. modò legitimè

aditus & rogatus is fuerit ab his, quibus incumbit tutores petere: quod aliorum quidem libero relictum est arbitrio, alii autem nisi successione impuberis privari velint, facere coguntur.

44. Sua fonte tutores petunt cognati, adfines, & familiares parentum, pupilli item educatores *l. 2. pr. ff. qui pet. tut. vel cur. l. 5. l. 10. C. eod. tit.* & deficientibus necessariis, paterni quoque creditores *l. 4. C. d. t.* Sub prædicta autem pœna tenentur tutores petere, jure pietatis, mater & avia ex constitutione Divi Severi *l. 1. l. 2. §. 1. ff. d. t. l. 6. & ult. C. eod. successionis intuitu ex constitutione Divi Theodosii omnes illi, qui impuberis morituri sperant successionem l. 10. C. de legit. hered. idque facere debent confestim & quamprimum magistratus copia haberi potest l. 2. §. 43. ff. ad Sect. Tertull. editis nominibus aliquot personarum, quarum præcipuè fidei pupillum commissum velint d. l. 2. §. 23. & §. 38. ad Sect. Tertull. & Orfic. l. 12. §. 2. ff. & l. 2. C. qui pet. tut. vel cur.*

45. Cuicumque igitur tutela aliquo horum modorum defertur, is à se ceu munus publicum *l. 2. §. 2. ff. qui pet. tut. vid. §. 26. abdicare eam haut poterit, sed cogitur suscipere tot. tit. & in primis l. 9. ff. de mun. & honor. arg. l. 1. C. de decur. lib. 10.* ita tamen ut si quidem ad ipsam gestionem & actionem vocetur (sunt enim quidam tutores non ipso opere, sed observatione, quos solemus appellare honorarios *ex l. 3. §. 1. & §. 3. ff. de adm. & per. tut. l. 14. §. 1. ff. de solut. l. 26. §. 1. ff. de test. tut.*) quædam antequam subeat administrationem, & ex ea teneatur, præstare & peragere cogatur, de quibus infra in communibus.

46. Susceptâ jam tutelâ officium & partes tutoris sunt, ut agat quicquid ad tuendum pupillum, ejusque res gerendas pertinet *l. 12. §. 2. & l. 30. ff. de admin. & peric. tut.* Tutio pupilli potissimum consistit 1. in educatione, ut pupillus educetur apud eum, apud quem parens jusserit *l. 1. §. 10. v. apud eum ff. de ventr. insp. aut si hoc non apparuerit, apud quem Præses educare præceperit l. 1. C. ubi pupill. educ.* Vide latè hac de re Vinc. Manz, *de tut. q. 5. princ. n. 11. & seq.*

2, in

2. in alimentis pupillo præstandis, quæ arbitrio Prætoris pro modo facultatum constitui postulare tutor potest; aut ne secreta patrimonii & suspectum æs alienum pandatur, suo arbitrio designare potest *l. 2. C. de alim. prest.* modò tamen juxta vires patrimonii, & natalium splendorem id fecerit *l. 12. §. 3. ff. de adm. & per. tut.*
 3. in morum instructione, ut præceptores dignos præficiat *l. 4. ff. ubi pupillus educ. deb.* eisq; mercedes dignas constituat *d. l. 12. §. 3.*

47. Quod si horum quippiam facere tutor neglexerit, à pupillo cum ad pubertatem pervenerit, actione tutelæ conveniri potest *§. ult. 7. de Attil. tut. §. 2. J. de obl. qua quas. ex contr. nasc. l. 5. §. 1. ff. de obl. & act.* & prætereà, si quidem alimenta detrectaverit, contendens falsò pupillum non habere unde alatur, remotus à tutela ad Præfectum urbi puniendas remitti debet *l. 3. §. 15. ff. de suspect. tut.*

48. Administratio rerum pupillarum tribuit tutori facultatem exercendi nomine pupilli actiones vel per se *l. 22. ff. de adm. & peric. tut.* vel constituto actore *l. 24. pr. eod. l. 11. C. de procur.* ut tamen probè observet cautelas, quas suggerit *Ant. Piagg. de tut. & Cur. q. 15. n. 1. usq; ad n. 27.* exigendi pecuniam à debitoribus *l. 46. §. 5. & §. ult. ff. de adm. & per. tut.* res item pupilli, quæ servando servari nequeunt *l. 22. C. d. t. & tot. tit. ff. de reb. eor. qui sunt sub tut. bona fide l. 12. §. 1. ff. de adm. & pr. tut.* alienandi, non autem sine causa gravi donandi *d. l. 22. & d. l. 46. §. ult. ff. & l. 16. C. d. tit. Duar. ad d. tit. c. 4. v. quintò.* quia cum hoc vergat in detrimentum pupilli *arg. l. 7. in fin. pr. ff. de donat.* quod pro virili avertere juravit *infra 0. 90. perjurus* efficeretur *Ant. Piagg. d. q. 15. n. 30.* ac denique actus pupilli sua auctoritate probandi *t. t. ff. & C. de autor. tut.* ubi videndū est quando, & quomodo autoritas tutoris interponi debeat.

49. Illud concernit actus quod pupillus cum alio, quam tutore ipso *arg. l. 1. l. 7. ff. de autor. tut. & §. ult. J. ead.* celebrat, qui vel sunt tales, ex quib. suam conditionem pupillus reddit deteriorem v. c. si alienaverit, debitum solverit, sese promittendo obligaverit, actionem remiserit, quos sine tutoris autoritate pupillum



gerere non posse ex fine tutelæ in aprico est *l. 13. §. 29. ff. de act. emt. l. 9. pr. l. 18. & l. ult. ff. de autor. tut. l. 15. & arg. l. 38 §. 3 ff. de solut. & liber. Vinc. Manzin. de tut. q. 6. pr. n. 1 & 2.* vel ita sunt comparati, ut ex illis suam conditionem meliorem faciat, idq; vel absq; mutua sui obligatione sc. cum sibi pupillus stipulatur, eidem legatur, aut donatur: vel non nisi si & ipse obligetur. Istos itaq; pupillus rectè celebrat *pr. J. de autor. tut.* hos non item, adeò ut si inconsulto & non autore tutore tale quippiam gesserit pupillus, illi quidem, qui cum eo contraxere obligentur, at verò ejusd Civilis nulla & efficax nascatur obligatio *l. 43. ff. de O. & A. l. 189. de R. J. d. l. 13. §. 29 ff. de act. emt. Vinc. Manz. de tut. q. 6. princ. n. 4.*

50. Imò ne naturalis quidem, si pupillus adhuc sit infans, aut infantia proximus, propterea quòd ad instar furiosi, cum quo confertur *in l. 12. ff. ad L. Corn. de Sic. §. 1. J. quib. non est perm. fac. test. omni consensu destituatur l. 8. §. 2. ff. de opt. & elect. leg. Vinc. Manz. q. 6. princ. n. 3. infm.* Cæt. rùm si pubertati jam fuerit proximus, tum quia sensu & consensu pollet *§. 9. J. de inut. st. pul. §. pen. J. de obl. qua ex del. nasc. naturaliter omnino obligatur arg. l. 95. §. 4. ff. de solut. & 38. ff. de cond. indeb. Obrecht. de patr. pup. th. 542.* ita tamen ut obligatio isthæc naturalis ratione pupilli quidem non nisi uno casu nimirum quando locupletior is est redditus, à Jure Civili quibusd. effectibus, utpote actione utili & dativà ex constitutione D. Pii *l. 3. pr. ff. Commod. l. 3. §. 4. ff. de neg. gest. & ne solum repetatur, quo referimus l. 21. princ. ff. ad L. Falc. & l. 64. ff. ad Sct. Trebell. sit munita.*

51. Ratione v. aliorum omnibus naturalis obligationis gaudeat dotibus, quatenus videl. pro pupillo sine tutoris auctoritate promittente fidejussor efficaciter constituitur *l. 127. pr. ff. de verb. obl. l. 95. §. 5. ff. de solut. rectè novatur l. 1. §. 1. ff. de novat.* hæres à pupillo solutam pecuniam legatario præstare tenetur *l. 25. §. 1. ff. quand. dies legat. ced. & si quæ sunt similia, de quibus videri potest Dn. Ungep. Exerc. 10. q. 3. in Ajo.* Extra hos v. casus præterquam si deliquerit & dolosè versatus fuerit pupillus *l. 1. §. 15. ff. de pos. l. 13. §. 1. ff. de dol.*

de dol. mal. quo ad effectus internos & in sese redundantes ne naturaliter quidem obligatur. *l. 41. ff. de cond. in deb. l. 59. ff. de obl. & act.*

52. Forma sive modus interponendæ autoritatis requirit, ut negotium, quod pupillus contrahit, tutor exactè cognoscat *arg. l. 14. ff. de author. tut.* itaq; præsens *l. 9. §. 5. eod.* etiam non interrogatus sua sponte *l. 3. ff. eod.* purè & sine conditione *l. 8. eod.* statim simul ac perfectum est *§. 2. J. de auth. tut. d. l. 9. §. 5.* id est citra temporis intervallum longiusculum *arg. l. 31. ff. de usucap.* vocaliter uti loqui amat *Ant. Piagg. de tut. & Cur. q. 15. n. 90.* seu cum vocis expressione secundum *Gl. in d. l. 3. ff. h. t. ad verb. dicit, adprobet. Obrecht de patroc. pupill. §. 559.* ubi quæritur: *an tutor toti tractatui præsens adsidere debeat, an verò sufficiat, si superveniens negotio illud plenè cognitum præsens adprobet?* Posterius placet.

53. Qui enim (ut pauca duntaxat evidentioris intellectus causâ addamus) ex dissentientium argumento: *Autoritas tutoris in iis, quæ solennitatem juris desiderant est necessaria l. 19. ff. De autor. tut.* Ergò illa ipsa est actuum à pupillo celebrandorum solennitas, & consequenter ab actu dividi nequit *Vvesenb. n. ff. eod. n. 5.* non sequatur necessariò, etiam alienationem, solutionem, & modos omnes obligandi aliquam juris desiderare solennitatem? nimirum inde quia in his quoq; omnibus tutoris autoritas est quam maximè necessaria *l. 9. per. tot. ff. de autor. tut. supr. §. 46.*

54. Et quomodo non hinc ead. concludendi via quâ dissentientes putant fuisse usos *Hottomannum, Ant. Fabrum, Hackelman. & Duarenum,* dum tutelam actum legitimum eff. cerunt, optimè colligatur: solutionem, obligationem, alienationem, & tantùm non omnia negotia actus esse legitimos? quod utrumq; tamen concedendum non est. Verum quidem est in omnibus iis actibus, qui solennitatem juris desiderant, tutoris potius quam Curatoris autoritate opus esse *d. l. 19. ff. h. t.* at non è converso & vicissim: ubicunq; tutorem autorem fieri oportet, *ibid.* juris aliquam desiderari solennitatem. *Hæc de tutelæ constitutione.*

55. Se-



55. Sequitur nunc ejusd. dissolutio, quæ fit vel modis omni tutela speciei communibus vel specialibus. Communiter omnis tutela finitur ex persona quidem pupilli, 1. ejusdem morte §. 3. *J. quibus mod. tut. fin.* quia, cum personæ tutor principaliter detur §. 4. *J. qui test. tut. dar.* eâ sublatâ merito hujus officium expirat. 2. pubertate, si quidem masculus fuerit, anno 14. si fœmina 12. *pr. J. quib. mod. tut. fin. l. 26. ff. de tut. & cur. dat. l. fin. C. quand. tut. vel cur. ess. des.* Nam quod *Ulp. in Fragm. tit. de tut. pr.* fœminarum tutelam dissolvi negat, id nō juris veteris credendum est esse vestigium, uti quidem nobis persuadere nititur *Vult. ad pr. J. quib. mod. tut. fin.* sicubi tempore Papiniani, cujus discipulus vocatur *Ulpianus in l. 40. ff. de reb. cred.* jam tum fœminarum tutela anno 12. fuerit terminata: *l. 13. §. fin. ff. de tutel.* sed de muliebri tutelâ intelligi debet, in quam mulier finitâ tutelâ pupillari recidebat. *Ulp. d. tit. §. 6.* quaque non nisi certis quibusd. modis, quos *Revard. de Jur. amb. lib. 2. c. 10. Briffon. de rit. nupt. p. 483. & Paul. Montan. de Jur. tut. c. 7. n. 46. & seqq.* diligenter annotant, liberabatur.

56. Jure Saxonum provinciali idem est pubertatis terminus *Addit. Latin. l. c. ad lib. 1. Landr. art. 42. Schneidevv. ad princ. Inst. quib. mod. tut. fin. n. 4.* De Jure verò Feudali Saxonico pubertatem quis consequitur completis 13. annis & sex Septimanis *Lehenr. 6. 26.* modum, qui in declarando pubere solet observari, eleganter describit *Gl. ad Weichbild art. 26. n. 44. vid. etiam Benedict. Reinhard. part. 2. Differ. Jur. Civ. & Sax. diff. 4. & 14.*

57. 3. Quavis capitis diminutione etiam minimâ, puta si arrogentur impuberes: hi enim quia in familiam & potestatem arrogantis transeunt §. 11. *J. de adopt. l. pen. §. ult. C. eod.* & sui juris non sunt, utique nec etiam habile tutelæ objectum existunt *inf. 8. 6.* De media & maxima, quia utraq; tollit ea, quæ sunt Juris Civilis §. 1. *J. quib. mod. jus pat. pot. sol. §. 1. & 2. J. de capit. dimin.* cui etiam tutela adscribitur §. 1. *J. de tutel. infr. 8. 10.* non est, quod quis ambigat *Vinc. Manz. d. tut. q. 9. princ. n. 6. & 7. Obrecht. de patroc. pupill. Thes. 593.*

58. Ex parte tutoris quævis finitur tutela itidem ejusd. morte, quoniam mors omnia solvit *Nov. 22. c. 20. in pr. nec ulla tutela jure hereditario ad alium transit l. 16. §. 1. ff. de tut.* sed uti fieri solet in omni munere personali, fides & industria certæ personæ eligitur *l. fin. §. 1. ff. de mun. & honor.* mediâ item ac maxima capitis diminutione, propterea quod uti dictum est, jus civitatis utrâq; tollitur & consequenter etiam tutela *l. 14. §. 2. de tutel. l. 2. C. de legit. tut.* Addunt prætereâ nonnulli excusationem tutoris sc. cum à tutela se tutor excusat: sed verius est, excusatione regulariter non tam finiri tutelam, quàm non suscipi *arg. l. 17. §. 5. ff. de excus. tut. ac proinde malè huc referri arg. l. 208. ff. de R. J. l. 116. ff. de V. O.*

59. Interventu magistratus dissolvitur omnis tutela postulatione suspecti tutoris, ejusq; remotione, cum vel à pupillo vel à quovis alio postulatur vel civiliter, ut tutor declaretur suspectus & à tutela removeatur: vel etiam criminaliter, ut remotus prætereâ arbitrio Judicis puniatur *vide infra §. 95. cum seqq.*

60. Specialiter finitur tutela testamentaria, existentia conditionis, sub qua testator tutorem esse voluit *§. 2. J. quib. mod. tut. fin. l. 14. §. ult. ff. de tut. & l. 3. §. 7. ff. de susp. tut.* & adventu diei, ad quem usque tutor datus est *§. 3. J. d. t. d. l. 14. §. 3. vid. supra §. 13.* voluntas enim testatoris hac in parte utramque facit paginam *l. 3. §. 1. ff. de admin. & per. tut. Vinc. Manz. d. q. 9. princ. n. 9. & 10.* Legitima tantum tutela & ea quidem, quæ ex ipsa lege 12. tabb. agnatis defertur *l. 1. pr. ff. de leg. tut.* perit minima tutoris diminutione capitis, scil. cum is in adoptionem sese dederit *§. 4. J. quib. mod. tut. fin.* quia cum in alienam familiam transeat *supr. §. 57.* adgnatio, ob quam tutela defertur, tollitur *l. 7. ff. de Cap. min.* quamvis hæc ratio & dispositio hodiè vix obtineat per ea quæ ad *Dissert. 3. apb. 47.* diximus. Hæc de tutela.

61. Cura, quæ etiam dicitur curatio *pr. J. de tutel. l. 32. ff. de minor. l. 1. l. 4. 13. C. de Curat. fur. Curatoria l. 1. pr. ff. de Excus. tut. l. 2. pr. §. 2. §. 9. & passim ff. de Excusat. tut.* & à Practicis Cura-

D

tela

022.
tela per contractionem, quasi cura tutela, inde fortassis, quia hodie cura minoris ut plurimum penes eum manet, qui in tutela pupillum habuit *Geil. 2. Obs. 96. n. 1.* strictè accepta optimè definitur à *Sutholto aph. 39. vis ac potestas administrandi bonaejus, qui ipse ob aetatem vel animi corporisve vitium ea administrare nequit ex l. 12. ff. de tut. & cur. dat.* Unde apparet curatores non aequè atque tutores personis principaliter sed potius bonis, & demum per consequentiam etiam personis constitui *l. 20. ff. de rit. nupt. l. 8. C. eod. Vinc. Manz. de tut. q. 1. pr. n. 16.* tribus quidem de causis, nimirum propter aetatem, animi & corporis vitium.

62. Etenim quamvis olim adventante justa pubertate, ita planè adulti omniliberarentur potestate, ut ipsi tanquam domini rerum suarum administrationem suscepissent *arg. l. 21. C. mandat. nec aliunde Curatorum officium esset cognitum* quàm ex Legge Lætoria, quæ dementiâ, aut lasciviâ vel alio id genus vitio laborantibus curatores adsignabat, *test. Capitolino in Vit. Marc. Imperat. uti pulchrè Revard. 1. Var. 17.* postmodum tamen D. Marcus Antonius optimo consilio statuit, ut non redditis causis, quas lex Lætoria exigebat, & sine existimationis nota & macula, ab iisd. magistratibus, qui tutores solebant dare, curatores ordinentur minoribus, quippe quorum aetas adhuc ad lapsum esset lubrica, & facilis quæ decipiatur *l. 1. ff. de minor. non tamen nisi volentibus §. 2. J. de Curat. l. 6. C. qui pet. tut. vel cur. & si à tutoribus officio finito admoniti, ad quod hi tenentur l. 5. §. 5. ff. de admin. & per. tut. etiam hodie Geil. d. lib. 2. Obs. 96. n. 6. quosd. petierint l. 13. §. fin. ff. de tut. & cur. dat. l. 2. §. pen. & ult. ff. qui pet. tut.*

63. In vitis namque puberibus curatores non obtruduntur nisi certis quibusdam casibus, puta ad litem in iudicio movendam vel excipiendam *l. 2. C. qui leg. pers. stand. in jud. §. 2. Jd. t.* si debitor minori velit aut cogatur solvere *l. 7. §. 2. ff. de minor.* aut extutor rationes reddere gestiatur *l. 7. C. qui pet. tut. ad cur.* ut hinc appareat falsò inscitiae aut negligentiae Tribonianum hac in parte insimulari

lari à Revard, d. lib. 1. Var. 17. Anton. Matth. in not. ad d. §. 2. J. h. t.
 Et Tr. v. 2. D. 8. §. fin. l. a. quemadmodum demonstravimus in Vin-
 dic. illustr. ad aphor. 40. Neque id ipsum jure Saxonico aliter obti-
 net Landr. lib. 1. art. 42. pr. Lehens. art. 26. imò nec per Constitu-
 tionem Carolinam Polit. d. tit. von der Pupillen vnd minderjähri-
 gen Kinder Tutoren vnd Vormünder. §. So wollen mutatū & abro-
 gatum censemus cum Bacbov. ad Tr. d. §. fin. l. a.

64. Cùm igitur minor Curatorem acceperit, eo ipso simul
 rerum suarum administrationem à se abdicare, & in Curatorem
 transferre putatur l. 1. ff. de Curat. furios. usque adeò, ut quoad sub
 ejusdem imperio vixerit, ex nulla obligatione, quæ rerum aliena-
 tionem concernit vel saltem naturaliter obligetur, sed contractus
 ab ipso celebratus perinde ac prodigi ipso jure nullus habeatur
 l. 3. C. de in integr. restit. ut ut hætenus plus possit quàm pupillus
 quod obligationes, quæ personam solam attingunt, & præter
 eam nihil rerum desiderant, rectè & cum effectu celebret l. 20. ff.
 de rit. nupt. Et l. 8. C. eod.

65. Recedimus itaque ab opinione Vulteji & Cujacii dum
 ille lib. sing. de discept. schol. c. 16. simpliciter ex omni contractu et-
 jam quoad alienationem minorem habentem curatorem obliga-
 ri posse tradit: quandoquidem hanc ipsius opinionem novam,
 tum verba d. l. 3. C. de in integr. rest. satis perspicua: tum casuum
 diversorum, quos arguit particula adversativa verò, oppositio: tum
 denique prodigi cum tali minore instituta comparatio non patia-
 tur: Hic autem lib. 19. Observ. 33. ex omni quoque contractu mino-
 rem obligari posse permittit, sed tamen rerum alienatione eund.
 interdicit: siquidem dato & concessio, posse ex quovis contractu
 minorem efficaciter & firmiter obligari, non possit non necessa-
 riò sequi, ipsam quoque rerum alienationem tali licitam & per-
 missam esse, uti in Vind. illustr. ad aph. 41. disputabimus.

66. At verò curatorem minor habere noluerit, tum ut ipse
 rerum suarum est moderator & arbiter, ita licitè easd. alienare &

consequenter jure obligari poterit *l. 21. C. mand. vel contr.* salvo tamē si læsus fuerit, restitutionis beneficio *d. l. 3. de in integ. rest.* Hinc quia in arbitrio est minoris accipere Curatorem, quod præter superiora in *l. 62.* haut leviter probant leges illæ quibus minores sine curatoribus viventes proponuntur utpote *l. 1. l. 7. C. q. pet. tut. vel cur. junct. l. 40. §. 3. ff. de procur.* firmiter colligitur, nullam regulariter curam esse testamentariam *l. 1. §. fin. ff. de confirm. tut.* sc. quia quæ in testamento scribuntur, ex aliorum voluntate pendere non debent *l. 32. ff. de her. inst. l. 1. de leg. 3. Bart. in l. senium. C. qui test. fac. pass. Aut. Piagg. de tut. & Cur. q. 2. n. 12.* At si quis tamen testamento fortè filio furioso curator detur, *l. fin. §. 5. C. de cur. furios.* à magistratu is confirmabitur *6. ff. de confirm. tut. l. 2. C. eod.* perinde ut tutor non rite testamento datus, quo de supra *l. 23. Vinc. Manz. de tut. q. 15. principal. n. 2.*

67. Præterea & hoc benè concluditur, quòd quia minori ceu patrifam, libera tam inter vivos, quàm post mortem de bonis dispositio concessa est *pr. & §. 1. J. quib. nō est perm. fac. d. l. 21. C. mand.* minoris nulla ordinariè sit cura legitima, nimirum quia legitimi tutores ad tutelam ob indubiam succedendi spem vocantur *l. 1. pr. & l. 3. ff. de legit. tut.* quam datà minoribus testandi facultate, agnatis esse præcisam sequitur *Piagg. de tut. & Cur. q. 2. n. 19 & seq. Vinc. Manz. d. q. 15. n. 2.*

68. Diximus ordinariè: quia si furor ita occupavit alicujus animū, ut omninò & cum rabie insaniat, qui propriè dicitur furiosus *Vvesenb. Mynsing Heig. ad §. 3. J. de Cur. ab ipsa l. ge 12. tabb. in agnatorum gentiliūq; cura talis esse jubetur Fragm. 12. tabb. de Jur. priv. §. 4. & hujus exemplo per interpretationem similiter quoq; prodigus, quippe qui & ipse quoad bona furiosum facit exitum *l. 12. §. fin. ff. de tut. & Cur. dat.* modò tamen hic posteriori postquam vitium prodigalitatē verè contraxisse sentitur, à Judice talis declaratus fuisset. Unde in proclivi est intelligere, quæ devulgata quæstione: *An prodigus quis ipso facto, an verò per decretum magistra-**

gistratus efficiatur? nostra sit mens & opinio: videlicet ipso quidem jure definitum esse, ut in cura sit agnatorum prodigus: at verò pro prodigo quoad effectus civiles neminem haberi, nisi quem sententia & decretum magistratus talem declaraverit, uti in *Vind. illustr. apb. 42, & 43*, pluribus de hac controversia egimus.

69. Verum enim verò (quod probè notandum est) ambo hi in curatione agnatorum tum demum sunt, cum majores 25. annis fuerint *l. 1. C. de Cur. furios. vel prod.* nam si minores adhuc sunt, curatores illis à magistratu dabuntur, non ut furiosis, aut prodigis, sed ut adolescentibus, quasi ætatis esset impedimentum *l. 3. §. 1. ff. de tut.* Quòd si agnati aut cognati nulli extiterint, aut qui sunt, ad curam gerendam minus appareant idonei, tunc magistratus alios curatores eligere & dare poterit *l. 1. v. sed solent. junct. l. 13 ff. de cur. furios. l. 27. C. de Episc. audient. l. ult. §. 6. C. de fur. cur. vel prod.*

70. Mente quoq; capti sive dementes, qui mentis errore ducuntur, eà autem non usque quaq; capiuntur, veluti ex *Cic. 3. Tusc. quest.* eos definit *Vult. in Jpr. Rom. c. 4. n. 47.* & à furiosis passim distinguuntur in legib. *l. 25. C. de nupt. l. 21. de Episc. audient. l. 2. ff. de in off. test. l. ult. C. de adm. tut.* ob vitium animi curatores à magistratu non ab ipsa lege, uti quidem autumat *Anton. Piagg. de tut. & Cur. q. 2. n. 24.* accipiunt *§. 4. J. de Cur. l. 3. C. de fur. vel prod.* Ob vitium autem corporis rebus suis superesse nequeunt, proindeq; curatores accipiunt surdi, muti, & qui perpetuo morbo laborant *d. §. 4. & l. 8. ff. de tut. & cur. dat.* non tamen nisi volentes exemplo minorum ut rectè docet *Donell. 3. Com. Jur. Civ. c. 18.*

71. Et hi quidem omnes, si curatorem acceperint non prius regulariter eod. liberantur, quàm illi si justam ætatem (quæ jure Civili taxatur *annis 25. pr. J. de Cur. l. fin. C. de leg. tut.* jure vero Saxonico provinciali & Feudali *annis 21. Landr. lib. 1 art. 42. Lehent. c. 26. Weichb. art. ult. Gl. Germ. ad d. art. 42. vers. Wann ein Kind zu seinen Tagen kompt / ubi notanter explicat phrasen illas vulgatissimas: zu seinen Jahren / vnd zu seinen Tagen kommen*) attigerint, hi

mores sanos cū mente sana receperint. *d. pr. J. de Cur. l. 1. in fi. ff. de minor. l. 1. C. quand. tut. vel Cur. esse des.*

72. Absolutis iis, quæ tum tutelæ, tum Curæ sunt propria, superest ut videamus quæ utriq; sint communia. Hæc autem vel præcedunt obtentionem tutelæ & curæ, vel obtentas sequuntur. Quæ præcedunt, respiciunt aut amolitionem oblationis, vel ejusd. confirmationem. Nam quia supra meminimus, tutelam & & curam ceu munera publica invitis quoq; posse imponi *l. 9. ff. de muner. & honor.* Scire oportet, hætenus id ipsum verum esse, quatenus justa nulla & legibus probata subsit causa, ob quam istas deprecari & à se amoliri designatus tutor aut Curator valeat.

73. Possunt igitur tutelæ aut curæ munus deprecari tutores & Curatores omnes qui jure dati sunt. Nam qui non jure datus est, is ipso jure tutus est, neq; ulla excusatione opus habet *§. 13. J. de excus. tut. l. 13. §. ult. l. 16. ff. eod. tit.* quamvis largo modo & improprie etiam dicantur excusari, qui tutores esse prohibentur *vid. l. 1. §. fin. ff. de excus. l. 8. §. 9. eod. arg. l. 1. §. 3. ff. de post. l. 1. §. 2. & §. 3. ff. de tut. junct. l. un. C. qui morb. Vinc. Manz. tut. q. 3. princ. n. 22.* nec ullam admittimus differentiam inter testamentarios, dativos & legitimos, uti quidem faciunt *Cujac. ad d. l. 13. Hottom. ad §. 16. J. de exc. & Giph. ad §. 13. eod.* qui postremos hosce non excusare posse tradunt.

74. Iustas verò causas Donellus scitè ad sex revocavit genera, quorum 1. est impotentia gerendi, quæ proficiscitur vel ab ipsa persona, sc. cū tutor aut Curator fuerit major annis 70. exactè completis *l. 3. ff. de jur. immun. d. §. 13. J. h. t. l. 2. pr. ff. eod. l. un. C. qui etat. l. 74. §. 1. in fin. ff. ad Sct. Treb.* vel secundum Jus Saxonicum 60. annis major, sicubi tali si velit curator adjungendus est *Landr. lib. 1. art. 42.* vel ita sit adversæ valetudinis, ut ne suis quidem rebus superesse potis sit *§. 7. J. b. t. & l. 10. §. ult. ff. eod. l. un. C. qui morb. vel adeò literarum imperitus existat ut easd. nec legere nec pingere sciat *§. 8. J. d. t. & l. 6. §. fin. ff. eod.* ubi tamen simul imperitiam tractandorum negotiorum concurrere maximè opus est.*

Nam

Nam si sagax & versutus quis sit in expediendis negotiis, vicariâ amicorum operâ in iis, quæ sine literarum cognitione peragi nequeunt, uti poterit *Vinc. Manz. in q. 7. princ. n. 14. Duar. 1. diss. anniv. 3. in fi. Ant. Faber. Jpr. Papin. ad tit. de excus. tut. pr. 1. illat. 4.*

75. Aut impotentia fluit ab iis, quæ sunt extra personam cuiusmodi sunt onera vel domestica, utpote inopia & mediocritas sive paupertas §. 6. *J. h. t. l. 7. & l. 40. §. 1. ff. eod.* quam vel maximè hoc in casu iudicis arbitrio definiendam relinquimus cum *Menoch. lib. 2. de A. J. 2. cent. 1. cas. 65.* qui perspectis personarum & rerum circumstantiis, quæ valdè variant excusationum momenta *l. 17. pr. ff. de excus. tut.* arbitrabitur, an si eâ, quâ par est diligentiam tutelam vel curam gerere quis debeat, adhuc sibi ipsi & familiæ alendæ possit sufficere, quò flectimus *Gl. & Br. ad d. l. 7. sententiam*, cum pauperem eund. haberi volunt, qui labore & sudore suo victum quærere cogitur.

76. Minimè verò omnium probanda est *Treutl. vol. 2. D. 8. §. 5. l. c. Anton. Piagg. de tut. & Cur. q. 3. n. 22. Vinc. Manz. de tut. q. 7. princ. n. 10. Jasonis in l. 1. n. 11. col. ult. C. de procur. & eorum sententia*, qui pauperem hoc in passu eundem esse volunt, qui tantum in bonis non habeat, quantum pupillus possidet: siquidem ne minimo rationis momento id ipsum ex *Ordin. Polit. Carol. V. Anno 1548. tit. von der Pupillen vnd minderjâhrigen Vormundt* demonstrare possint, uti ex infra de satisfactione dicendis evadet clarissimum.

77. Alterum domesticum onus est *πολυπαιδία* & numerus liberorum legitimorum *l. 2. §. 3. de Excus. tut. primi*, non ulterioris gradûs, nisi quatenus fortè patre denato, jure repræsentationis plures nepotes in unius patris locum subintrant *l. 2. C. qui num. liber. l. 2. §. 7. ff. h. t.* Romæ quidem trium, in Italia quatuor, in provinciis quinq; *pr. J. h. t. l. 1. C. d. t.* modò eo vivant tempore, quo pater ipsorum ad tutelam vel curam vocatur; aut cæsi sint in acie *d. pr. h. t. Vinc. Manz. de tut. q. 7. princ. n. 1.*

78. Vel sunt onera extera, eaque vel privata puta tres aliæ tutelæ

tela non defunctoriè uti loquitur *l. unic. C. qui num. lib.* hoc est, uti explicat *Hottom. ad §. J. b. t.* eo consilio susceptæ, ut propter impletum excusationis numerum onus quartæ declinetur: quatenus eadem in tria patrimonia quæ separatas rationes desiderant, sunt divisæ *Vinc. Manz. d. q. 7. n. 9. Obrecht de patr. pup. 8. 667. & adhuc administrantur d. §. 5. & d. l. un. C. qui num. lib. l. 2. §. ult. l. 3. & l. 31. ff. de excus. tut.* Quin imò etiam una aliqua tutela, si nimis latè diffusa & negotiis variis oppleta fuerit, loco plurium cedit, & ob difficultatem conficiendarum & reddendarum rationum excusationem præstat *d. l. 31. §. ult. ff. de Excus. tut.* vel publica velut administratio rerum fiscalium *§. 1. J. de Excus. tut. & l. 10. C. eod.* cura rei frumentariæ *l. 41. §. 1. & l. 26. ff. d. tit.* administratio rerum Principis *d. l. 41. pr. l. 22. §. 1. eod.* & absentia Reip. causa *§. 2. J. b. t.* quippe quæ ex parte non tantùm à suscipienda & delata sed etiam jam administrata liberant tutela & cura *arg. l. 10. §. 7. ff. b. t.* prout constat Serenissimi ac Potentissimi Electoris Saxoniae, Ducis Juliae, Cliviae ac Montium, &c. Supremum ac Generalem annonæ militaris Præfectum Generosum ac Præstrenum Virum Dominum Christophorum de Raschau/in Grishnis/ Strutt / Nieder Böldniz Burckersdorff & Eischwitz/ cum id muneris ab ipsius Serenitate & Celsitudine deferretur nostrorum tutelam autoritate & consensu Dn. sui Clementissimi à se devolvisse.

79. Secundò justam præbet excusationem Suspicio quâ tutor gravatur, vel quia pater pupilli interdixit ne sit tutor *l. 21. §. 2. ff. b. t.* vel quia capitalis erat demortui, quoad vixerat, inimicus *§. 9. §. 11. J. b. t. l. 6. §. 17. ff. eod.* nec quicquam refert hoc quidem in casu, quis eorum causam præbuerit *Manzin. q. 7. princ. n. 16.* vel quoniam ipsi pupillo litem de omnibus bonis & hæreditate *§. 4. J. b. t. l. 20. cum l. seq. pr. ff. l. 16. C. eod.* vel etiam hodiè de re una aliqua *Nov. 72. c. 1. Manz. d. q. 7. prin. n. 7.* modò non sit testamento datus *supra 8. 29.* vel denique de statu quæstionem movit *arg. l. 14. pr. ff. de bon. libert. d. l. 6. §. 8. ff. de Excus. tut.* aut eid. à patre pupilli
status

status controversia mota est §. 12. *J. b. t.* Huc quoque non incommodè referimus Causam cognationis, ut si adversus sororem vel filios sororis occasione tutelæ actiones sint movendæ *l. 23. C. de excus.* Id n. etiamsi utilitas pupilli exigat, à parte tutoris humanitatis & religionis ratio vix permiserit, ac propterea hac excusatione propositâ magistratus & dati tutoris justo desiderio, & pupilli comodo merito consulere debet *d. l. 23. C. d. t. Duar. ad tit. de excus. c. de caus. excusat. vs. decimo sexto.*

80. Tertiò dat remissionem tutelæ & curæ, personæ conditio arg. *l. 44. §. 1. ff. de Excus. tut.* puta cum quis vel Romæ aut in provinciis honorem & magistratum cum imperio & potestate conjunctum gesserit *l. 215. ff. de V. S. §. 3. J. b. t. & l. 17. §. 5. ff. eod.* veluti Prætor, Proconsul, Præses & his consimiles alii, licet ex ratione parum stringente diversum quoad hoc majores magistratus statuunt *Giph. & Harpr. ad §. 3. J. b. t.* Præfectus item annonæ & vigillum ob hanc ipsam causam justè se excusat *l. 41. §. 1. ff. b. t.* quippe qui & ipse suos lictores & viatores ac jusprehendendi *l. 3. §. 1. & 2. l. fin. ff. de off. præf. vigil.* ac consequenter aliquod habuit imperium arg. *l. 2. ff. de in jus voc. Scip. Gentil. lib. 2. de Jurisd. c. 3.*

81. Non verò Ædiles, quos quia durante magistratu in jus vocari poterant, *l. 13. pr. ff. de peric. & Comm. rei vend.* constat esse magistratus minores, nec imperium aliquod habere *d. l. 2. ff. de in jus voc. & l. 32. ff. de injur. & fam. libel.* quibus excusatio D. Marci oratione concessa non proficit *d. l. 215. ff. V. S. l. 17. §. 5. ff. de exc. tut.* exceptis magistratibus municipalibus, quibus ob gravissima, quæ sustinere, onera, de quibus vide *Briffon. lib. 4. Select. antiq. c. 13.* idem datum est beneficium *l. 6. §. 16. excus. tut.* Hodiè magistratus omnes, quicumq; sint, excusantur à tutela, nisi eandem sua sponte velint suscipere. Sacerdotes quoq; in provinciis & generaliter omnes Clerici ac Monachi ex hac causa sunt immunes *l. 52. ff. de Episc. & Cler. Nov. 123.* ut & qui in consilium Principis sunt assumpti *l. 30. ff. de excus. tut. l. ult. C. eod. tit. & deniq; ingenui à tu-*

E

tela

206
tela libertorum l. 27. §. 1. ff. de tut. & cur. dat. l. 14 pr. ff. de excus. tut. & l. 3. C. eod.

82. Quariò à tutela & cura relevant merita quæ quis in Remp. confert vel docendo, uti faciunt Professores Grammaticæ, Rhetoricæ, Philosophiæ & Medicinæ, si quidem has suas artes in patria §. 15. J. b. t. l. 6. §. 2. ff. eod. & ipso actu exerceant d. l. 6. §. 4. & arg. l. 52. §. 1. ff. de Epis. & Cler. ac sint in numero concessio inscripti d. l. 6. §. 4. non autem Legum Doctores nisi fortè Romæ jura docuerint d. l. 6. §. 12. aut in consilium Principis sint assumpti l. 30. eod. Mynsing. add. §. 15. n. 4. Schneidev. ibid. n. 7. & Harpr. n. 3. Vinc. Manz. de tut. q. 7. princ. n. 31. exceptio enim firmat regulam in casibus non exceptis l. 18. ff. de test. item Athletæ tribus sacris certaminibus coronati, qui docent motus ad pugnandum cum hoste aptos, & sua virtute ad simile, quid in hostem audendum alios invitant d. l. 6. §. 13. & l. un. C. de Athl. lib. 10. vel pugnando, quam ob causam at veterani, qui honestè complevère militiæ tempus & dimissi sunt, à paganorum tutelis excusantur l. 8. de Exc. tut. ubi late explicatur quid in eo, qui non integrum militiæ tempus explevit, hæcenus juris sit statuendum videat. etiam Vincent. Manz. de tut. q. 7. princ. n. 5.

83 Quintò præstat remissionem ἀπομια cùm videl. quis ibid. domicilium non habet, ubi ad tutelam vocatur vid. l. 10. §. 4. l. 17. §. ult. l. 21. §. 2. & 3. & l. 23. §. 1. ff. de exc. tut. & l. 11. C. eod. & Don. d. lib. 3. Com. Jur. Civ. 6. 9. & hoc est, quod supr. in 15. præmissimus: si pupillus patrimonium ultra centesimum lapidem habuerit, à vulgata regula §. 4. J. qui test. tut. dar. recedi, & habenti tutorem quoad certas res tutorem alium dari.

84. Sextò & ultimò excusationem justam præbet indulgentia Principis, nimirum cùm ex singulari clementia hoc beneficium & privilegium sibi datum esse quis probaverit, prout constat id ipsum habere Ilienses l. 17. §. 1. navicularios l. pen. Collegia fabro-
rum

rum l. 17. §. 2. & pistorum l. ult. ff. de excus. tut. & alios quos recenset Donell. d. loc. quo nos remissos cupimus.

85. Harum igitur causarum unam aut plures si quis habuerit, debet easdem intra spacium definitum coram eodem a quo nominatus & vocatus est, proponere l. 38. ff. de excus. tut. jure quidem veteri non nisi per viam appellationis, quia vocati ad munus aliquod publicum causas suæ immunitatis non aliter, quam interposita appellatione allegare poterant l. 1. §. 2. ff. quand. appell. sit. l. 4. & l. 7. C. de decur. cui proponendæ olim in causa propria bidduum, in aliena triduum d. l. 1. §. 5. & §. 11. l. 6. §. 5. C. de appell. hodiè indistinctè decendium datum est Auth. Hodiè. C. d. t. Nov. 23. c. 1, quod ex die cognitionis computari debet l. 13. §. 1. ff. de exc. tut. l. ult. ff. de tut. & Cur. dat. jure novo ex D. Marci. oratione etiam per modum querelæ simplicis causas excusationis licet proponere, ita quidem, ut qui intra 100. milliaria fuerit, intra quinquaginta dies contestetur d. l. 13. §. 1. ff. h. t. & spatio quatuor mensium justiciam causæ demonstrat l. 38. ff. eod. ac demum ubi per sententiam ead. rejecta fuerit, appellando ad superiorem denuo proponat. §. 16. J. de excus. tut. d. l. 13. pr.

86. Quo tamen D. Marci beneficio nequaquam tutoribus & Curatoribus interdicitur, quo minus juxta jus vetus, si velint, statim interposita appellatione causas excusationis contestari possint: siquidem necessitatem solum appellandi, quâ ante hanc suam constitutionem erant obstricti, remiserit d. l. 13. pr. ff. de exc. tut. l. 18. C. eo l. ac consequenter, an provocare magis, an simpliciter causas proponere velint, arbitrio eorund. reliquerit arg. tit. C. quand. prov. non est nec. id quod ipsum haud obscure prætereà colligitur ex l. 4. l. 16. ff. de exc. tut. 17. §. 1. ff. de appell. l. 20. l. 39. §. 6. ff. de admin. & per. tut. l. 28. ff. de tut. & cur. dat.

87. Vincentii Manzini rationes, quarum sex pro ista opinione cumulat in tract. de tutel. q. 1. 7. q. princ. n. 3. & seq. quod attinet, manifestum videtur, easdem ab eodem autore ipso in sequentibus



destrui. Nam potissimum argumentum quod petit ex verbis initialibus, *l. fin. ff. de appellat.* ita in linea subsequenti 10. ipse confutat, ut simul reliqua omnia collabi videantur.

88. Tum verò demum etiam hodiè tutor rectè provocat, si res adhuc fuerit integra, hoc est, cùm per querelam simplicem nondum causas proposuerit. Nam si hoc potius & prius elegerit remedium, cogitur expectare usq; dum excusatio allegata fuerit vel approbata vel repulsa. Cæterum antè quàm ista cognitio fuerit finita, frustra appellatur uti doctè explicant *l. 1. §. 1. ff. de appell. fit. Bachov. disp. 2. de act. per arg. 1. & Sutholt. d. disp. 3. aph. 47. in fin.* At si quis plures habens excusationes, eas quas proposuit, probare non potuit, non prohibetur intra spatium definitum aliis sese defendere *l. 21. §. 1. ff. de exc. tut. §. 16. J. eod.* cùm n. causæ istæ sint inter se distinctæ & separatae, utiq; non præsumitur quis per propositionem unius velle renunciare alteri *l. 43. & ibi de Dd. de Reg. jur. Vinc. Manz. de tut. q. 1. 7. quest. princ. n. 1.*

89. Quæ obtentionem tutelæ & curæ quæ earundem confirmationem, præcedunt sunt tria. Primum tenentur tutores & curatores repertorium, quod vocant inventarium omnium rerum & instrumentorum pupilli vel adulti sub præsentia personarum publicarum conficere *l. 7. pr. ff. de admin. & per. tut. l. 24. C. eod. l. fin. C. arbitr. tut. Ant. Piagg. de tut. & cur. q. 7. n. 6. Vinz. Manz. de tut. q. 3. 3. q. princ. n. 4. & q. 14. princ. n. 1.* quod neque Jure Saxonico ulli tutorum remissum putatur ex eo, quod hac de re nihil dispositum reperiatur *arg. l. 10. ff. de liber. & posth. l. 64. §. 9. ff. solut. matr.* Cujus præter alios etiam hi sunt insigniores effectus, ut I. Si tabulæ & instrumenta, quæ sunt inventario inserta, incendio vel alio casu perierint, ex inventario debitores possint conveniri *l. 57. ff. d. t. de adm. & per. tut. 2.* ut si quiequam inventario describere curaverit tutor, etiamsi postea contendat, non tantam esse patrimonii pupillaris quantitatem, is quamvis hoc probare velit, non admittatur. *l. ult. C. arbitr. tut. Dwar. ad tit. de admin. & pr. tut. c. 3.*

Secundò

90. *Secundò* debent *taclis sacrosanctis* Evangeliiis juratò promittere, se personis & rebus *ex fide* profuturos, bona in rem suam nò conversuros, nec sine decreto magistratus obligaturos, aut alienaturos, annuas rationes (quas etiam jus Saxonicum exigit *Const. Elect. 11. par. 2. Landr. lib. 1. art. 23.* nisi fortè pater aut frater utrinque conjunctus in communibus cum impubere bonis commoretur, ipsiusque tutelam gerat *d. art. 23. ibiq. Gl. in fin. addit. ad Landr. lib. 1. art. 11. l. D. Zobel. part. 2. Diff. Jur. Civ. & Sax. 16.*) exigente, magistratu reddituros, aliaque gesturos esse uti oporteat *Nov. 72. c. ult. Ordin. Polit. Caroli V. de Anno 1548. & Rudolphi de Anno 1577. tit. von der Pupillen vnd minderjährligen Kinder Vormünder.*

91. *Tertiò* satisfactionem idoneam rem pupilli & adulti salvam fore, præstare *l. 1. & tot. tit. C. de tut. & Cur. qui satis non ded.* Etenim cum finis tutelæ & curæ sit defensio & tuitio pupilli vel minoris *§. pen. J. de attil. tut. supra 0. 7.* maximè necessarium visum est à tutore & curatore, antequam administratio bonorum eisd. credatur, cautionem ejusmodi exigere, quæ res pupilli & minoris salvæ & in tuto collocatæ existerent, id quod commodissimè fieri credidit Prætor per satisfactionem quæ fit datis fidejussoribus *l. 7. ff. de prator. stipul. junct. l. 4. §. 1. ff. rem pupill. salvo. for. Vinc. Manz. de tut. q. 3. 3. quest. princ. n. 8.*

92. Nam quia ad omne quod interest pupilli & minoris tutores & Curatores tenentur *vid. infr. 0. 98.* id autem prout vel sollicitudinem vel industriam magis suam isti probaverint, in majus & minus potest excrefcere: utique vel hinc evidens est non pignori- bus, quæ ob incertam interesse quantitatem, cerri valoris & pretii exigere nequeunt, sed personam sive fidejussoribus pupillis & adultis melius prospici, ut taceam rationes alias quas pro hac sententia videre licet apud *Harpr. ad pr. J. de satisd. tut. n. 29. Tr. v. 1. D. 5. 0. 2. l. a. Dn. Arum. Exerc. Justin. 3. 0. 18. & ad Pand. Disp. 16. 0. 9. & nos in Vindic. illustr. aph. 44.* ita tamen ut bona simul omnia pupillo hypothecæ loco sint tacitè oppignorata *l. 20. C. de admin. & per. tut.*

l. un. §. 1. C. de rei uxor. act. & l. ult. C. de leg. tut. unde patescit erroris Treutleri & aliorum quos supra *θ. 76.* notavimus, crassities, sicubi cum personis idonee possit cavere tutor, nequaquam opus videatur tantum eundem in bonis habere & pignori obligare, quantum ipse pupillus possidet. *Sed quid si forte propter inopiam fidejussores reperire nullos possit tutor vel Curator, eritne ad cautionem juratoriam admittendus?* Et magis est ne possit, uti recte censet *Geil. 2. Obs. 47. Schneidvv. ad pr. J. qui satisd. cog. Ant. Piagg. de tut. & Curat. q. 3. n. 20.*

93. Quamvis igitur hanc satisfactionem olim non præstiterint tutores vel Curatores testamento, aut à magistratibus majoribus cum inquisitione dati *§. ult. J. de satisd. l. pen. C. de tut. & Cur. q. satis non ded. l. 5. ff. de confir. tut.* scilicet quia illos voluntas patris *§. 1. J. d. t. l. ult. §. 5. C. de Cur. furios. vel prod.* hos autem inquisitio in mores & facultates satis declaravit idoneos *Anton. Piagg. de tut. & Cur. q. 7. n. 27. & Vinc. Manz. de tut. q. 3. 3. quest. princ. n. 8.* Optima tamen ratione & consilio jure novissimo sive ordinatione Imperii constitutum est, ut ind. stinctè tutores & Curatores omnes satisdant, sive cautionem præstent tam hypothecariam, quam fidejussoriam. *Ord. Polit. de Anno 1548. & 1577. tit. von der Pupillen und minderjährigen Kinder Vormünder.* qua in parte per omnia convenit Jus Saxonicum *Landr. lib. 1. art. 43. ibiq. Gl. Latin. v. aut eis satisdare.* excepto casu si frater pupilli fratris, cum quo hæreditatem adhuc possidet indivisim tutor extiterit *Landr. lib. 1. art. 23. & ibid. addit. Zobel. part. 2. Differ. Jur. Civil. & Saxon. 13. aut pater in testamento eand. expressè remiserit Gl. Germ. ad libr. 1. Landr. art. 23. n. 4.*

94. Communia quæ sequuntur obtentas tutelæ & curas sunt libri rationum confectio, suspecti postulatio, & actio tutelæ directa & contraria. Etenim ut tutor & curator finito cujusque officio rationem administrationis expeditius possit reddere, & facilius constare quid pupillo vel minori sit residuum & restituendum, tenetur

tenetur uterq; librum rationum conficere, in quo omnia data & accepta reditus & exitus uti loquitur *Ant. Piagg. & Vincent. Manz.* & quaecunque administravit, singulatim & specificè adjectis personarum, loci temporis & aliis circumstantiis conscribat *l. 1. §. 3. ff. de tutel. & rat. distrab. l. 111. ff. de Condit. & demonstr. cui creditur & statur, si vel expensæ fuerint verisimiles, aut major saltem earum pars verificetur secund. Philipp. Corn. lib. 4. Consil. 81. n. 9. quem citant & probant Ant. Piagg. de tut. & Cur. q. 7. n. 19. & Vinc. Manz. de tut. q. 3. 3. quest. princ. n. 11. & 12.*

95. Quoties verò & quodocunque pupillus & minor vel quivis alius animadvertit tutores & curatores ex fide mandato munere non defungi (quod quibus ex causis possit argui vide *Ant. Piagg. de tut. & Cur. q. fin. n. 12. & multis seqq. Vinc. Manz. de tut. q. 8. princ. n. 11. Obrecht de patroc. pup. Tb. 753. & seqq. Gloss. Latin. ad Landr. lib. 1. art. 41. v. ut suspectus abjiciatur*) lege 12. tabb. concessum est ipsi quidem pupillo, cum pubes factus fuerit *l. 7. pr. ff. de susp. tut. §. 4. J. eod.* minori autem & omnibus aliis durante adhuc tutela aut cura *l. 1. C. de susp. tut.* eosdem ut suspectos accusare; quo respectu accusatio hæc dicitur quasi publica *l. 1. §. 6. l. 3. §. 1. ff. d. t. §. 3. J. eod.* (verè enim publicum non esse hoc iudicium aliquot rationibus evicimus *in Vind. illustr. ad aph 50.*) & postulare vel ut removeantur à tutela & cura, vel etiam ut in luper puniantur modò pecuniariè, modò etiam corporaliter *§. 10. J. h. t. l. 1. §. ult. l. 2. l. 3. §. 15. ff. de suspect. tut. l. 9. ff. de tutel. l. 1. §. 7. ff. de offic. praefect. urb.* quod arguit suspecti postulationem neq; civilem neq; criminalem propriè sic dictam, sed anomalam & extraordinariam esse. *Anton. Piagg. de tut. & Cur. quest. fin. n. 34.*

96. Cognitio de suspectis tutoribus secus quam tutelæ datio jure magistratus competit, licèt magistratibus duntaxat majoribus qui de hominibus improbis & in officio malè versantibus cognoscendi statuendique jus habuère, quod probant *l. 1. §. 4. ff. de susp. tut. & l. 4. pr. ff. de offic. ei. cui mand. est jurisd.* partim quia generali
man-

mandata jurisdictione hæc dicitur transire: partim quia non ullius peculiaris legis aut constitutionis, quâ eadem sit concessa, mentio injicitur, quæ notæ sunt infallibiles, jure magistratus quippiam competere *l. 1. ff. d. t. de off. ejus cui*. Nostris hodiè moribus quia supra *Tb. 42.* diximus, cuilibet magistratui jus dandorum tutorum, vi magistratus competere, dubium nullum est, tutorem suspectum ab eod. qui dedit posse removeri *arg. l. 35. ff. de Reg. Jur. Obrecht. de patroc. pupill. Tb. 737. & seq. Gl. Germ. ad Landr. lib. 1. art. 41. n. 2.*

97. Et quidem non ob dolum tantum & culpam latam, sed etiam levem, quamvis effectu valdè diverso. Nam qui fortè ob simplicitatem aut ineptiam vel desidiam, quæ incidunt in culpam levem *arg. §. pen. J. quib. mod. re contrab. obl. §. 6. J. de Leg. Aquil. l. 91. ff. de verb. oblig. fuerit remotus, infamis non efficitur l. 3. §. ult. ff. de suspect. tut.* qualis tamen fit, qui ob dolum & culpam latam removetur. *Vide vind. aph. ult.* De Jure Saxonico tutor & Curator, qui dolosè & fraudulenter versatur circa administrationem bonorum pupilli, debet simpliciter per sententiam diffamari, ac in posterum ab omnium tutelarum administratione arceri *Landr. lib. 1. art. 41. & 44. Zobel. part. 2. diff. Jur. Civ. & Sax. 18:*

98. Finitâ tutelâ usq; ad eò obstrictus est tutor judici ejus loci quo bona pupilli administrantur, rationē administrationis reddere *l. 1. pr. & §. 3. ff. de tut. & rat. distrab. l. 2. & l. 24. C. de admin. & pr. tut.* ut nullis cautelis & rationibus possit fieri *ἀνεκλόγιστος l. 5. §. 7. ff. de admin. & per. tut.* id quod jus Saxonicum excepto casu, quo tutor est indubius pupilli successor & hæres aut bona indivisim possidet *vide supra §. 93.* singulis annis coram proximis agnatis fieri præcipit *Landr. lib. 1. art. 23. Zobel. part. 2. diff. jur. Civ. & Sax. 17. Wesenb. in π ff. de tut. & rat. distrab.* ita quidem præcisè, ut avus qui gerit tutelam nepotum suorum, tenetur annuatim matri ipsorum tutelæ administratæ rationem reddere *Not. ad Landr. lib. 1. art. 11. lit. D. in fin.* cui fini datur pupillo ejusq; hæredibus tutelæ actio

l. 1. § 17.

l. 1. §. 17. ff. de tut. & rat. distrab. l. 12. C. arbit. tut. qua conventus tutor vel ejus quoq; hæredes d. l. 12. & d. l. 1. §. 16. tenentur rationes conficere, & pupillo reddere d. l. 1. §. 3. & id omne præstare, quicquid vel dolo, vel culpa levi tutoris abest vel commodi vel adest damni d. l. 1. pr. l. 6. & l. 7. C. d. t. l. 23. ff. de R. J. Nam de levissima quoq; culpa tutorem teneri vix est ut possimus concedere ob rationem l. 5. §. 2. ff. Commod. sicubi in tutela nulla veritas tutoris utilitas Br. in l. quod Nerv. vs. quid veniat ff. depos. Duar. ad tit. de admin. & per tut. c. 5. & Dominus Franz. Ex 3. q. 9. quin nec hæredes tutorum si lis non fuerit contestata, de levi quidem culpa teneri videntur per l. 1. C. de hered. tut. l. 17. C. de neg. gest. l. 12. C. de magistr. conv. l. 4. ff. ead.

99. At verò ne tutoribus, cum in res pupilli quid necessario impenderint, officium suum existat damnosum contra l. 61. §. 5. ff. de furt. & l. 7. ff. testam. quem. aper. sed eò facilius & promptius ad administrationem accedant, data & proposita est à Prætoze contraria tutelæ actio §. 2. J. de oblig. que quas. ex contr. nasc. tot. tit. ff. de contr. tut. act. ita ut quamvis aliàs pupillus sine tutoris auctoritate nulli, multo verò minus ipsi tutori obligetur l. 1. pr. ff. de auth. tit. l. ult. ff. rem pup. salv. for. hætenus tamen tutori absque ullius auctoritate civiliter teneatur l. 1. pr. ff. de contr. tut. act. ut finito tutoris officio d. l. 1. §. 3. & l. 4. ff. de contr. tut. act. sumptus bona fide factos & ea quæ ob tutelam absunt tutori hac actione conventus restituere debeat l. 33. §. fin. ff. de admin. & peric. tut. l. 3. §. pen. ff. de contr. tut. act.

100. Quod si tutorem quædam ex bonis pupilli durante tutela auferre contigerit, ad ea repetenda datur prætereà ex l. 12. tabb. actio de rationibus distrahendis d. l. 1. §. 19. ff. de tut. & rat. distrab. l. 55. ff. de admin. & per tut. quæ quia speciem furti nec manifesti habet d. l. 1. §. 22. & in duplum datur l. 2. §. fin. d. tit. adeoq; pœnalis est d. l. 1. §. pen. in hæredes non transit, quamvis sit perpetua hætenus ut omnibus hæredibus pupilli & successoribus

F com-



competat d. l. 1. §. pen. ff. de tut. & rat. distrab. Utraq; hæc actio
minori adversus curatorem finito itidem curationis officio l. 2. l.
14. C. de admin. & per tut. l. 6. & l. 14. C. arb. tut. datur utiliter l. 20.
ff. de tut. & rat. distrab. & l. 3. C. arbitr. tutel. Tantum.

Summa D E O Soli gloria laus & honor.



Corollaria.

I.

DE Judeo an possit esse Christiani tutor admodum gravis
est disceptatio.

Nos affirmativam tueri non dubitamus, et si negativa
quoq; non improbabiler possit defendi.

II.


Casus. Quidam moriturus fidelem habens mini-
strum certis eundem prædiis excolendis præficit, cum hac ob-
testatione, ut ead. studiosè colat, usq; dum liberi sui ipsi pube-
res vel majores facti rerum ad ministrationem caperent.
Minister ita studium & diligentiam suam probat, ut sibi as-
signata prædia multo cæteris majores quotannis ferant fru-
ctus. Hoc animadvertens impuberũ tutor ministrum à præ-
diis pupillorum in propria vult evocare, quaritur an possit?
Putamus minimè: sed si fecerit, teneri refundere quantum
vel ob ipsius absentiam detrimenti cepere prædia, aut aug-
menti capere ex ipsius administratione & cultura potuissent.
Debi-

III.

Debitorem qui non aperto debito tutelam suscipit, debito privari, est in dubium per Novel. 72. c. 4. at non item, an sic amisso debito tutor nihilominus maneat? vide Gl. in l. 21. ff. de exc. tut. Bart. in auth. minor. n. 14. fin. C. qui dar. tut. Cyn. ibid. n. 13. Castrens. in d. l. 21. Nobis adhuc à tutela videtur removendus.

IV.

Cum nemine adeunte hereditatem, nihil valeat ex his qua testamento scripta sunt l. 9. ff. de test. tut. l. 8. §. ult. ff. de inoff. test. quaritur, an ut ex testamento quis tutor sit, magis heredi, quam testatori in acceptis ferri debeat? Videtur quod testatori.



Undique quod pratum est vestitum flore recenti,

Hoc Res - Nobilibus - publica culta viris ;

At mage, si quando stirps nobilis in super artis

Nec non virtutis luce corusca micat.

Hinc legum radiis sacrarum auctare laboras

Splendorem generis, dulcis amice, tui :

Praclare ; hæc etenim Divina scientia legum

Et summi fecit Principis esse patrem ;

Gnaviter idcirco, Meusbachi, certa Themistos

Spes, instat, gratus non sine laude boni

Eos communis eris, quin Diva hæc, grata laborum,

Olim Principibus Te sociare volet.

Ulpian. scil. in l. 4.
C. de Locat.

*Nobilissimo Dn. Respondenti Legum Cultori indefesso,
amico suo amantissimo faciebat*


ex animo gratulans


Johannes Ernestus Steinmetz Calensis.

F I N I S.

X2615937

V. 17





54
~~XXV.~~

Y P O S I S ^M
E T C U R Æ,

1636, 1

& Saxonico,

ante J E H O V A

Senioris, & reli-
acultatis Juridicæ in
iâ Lipsiensi

tutela

5 1/2.

fidelissimi

Beer Laufensis Norici
C.

ioni submittit

von Meusbach / &c.

Martii

1636.



G O R I U S N i s s c h.

